

R. 30949

~~2-2 7-7 12~~

~~" 1 " 7 "~~

Caja
C-58 (2)

FASCICULUS
Concionatorius
BIBLICO-HISTORICUS

Seu

Brevis Commentarius
super aliquot Sacrae Scripturae
Historias ad moralem sensum
directas

Laudate Nomen Domini - Ps. 112



Pars
ex Novo

Secunda
Testamento.

Cordubæ Tucumannorum
anno 1744



INSTITUTUM
CONCORDANTIAE
BIBLICO-HISTORICUM

Directores
Commissarii
Historiae de moribus
et consuetudinibus
antiquae
et huiusmodi



Secundum
Testamentum

Primum
et Novum

Ordinis Bibliothecarii
anno 1774

Ut quoque hæc Pars secunda verè sit
 Fasciculi Bibliæo-historici, nos iterum
 expedit, quas Biblia Sacra referunt his-
 torias, modo nostro prosequi; at verò, cum
 in Novo Testamento non ita historicè pro-
 cedatur, ut Libri suam quique complectan-
 tur narrationem, sed potius veritatum æter-
 narum propalationem, & declarationem. at-
 que ut plurimum Christi Salvatoris, & Apos-
 tolorum dicta, & exempla, jam Sacrorum
 Librorum successivum ordinem insequi non
 possumus; sed neque temporum seriem, ser-
 vandam suscipimus, sed potius objectorum,
 proponendorum dignitatem, quorum gesta
 etsi labore prolixiori, fructu forsitan nobis
 suaviore ex sacris verbis eruemus, quæ so-
 lita methòdo ad morum nostrorum dirige-
 mus reformationem, mali declinationem,
 boni constantem prosecutionem, prout mul-
 tisuave textuum manna nobis, Deo condite

te, sapuerit

Atque item, ne desit, sanè
sciti digna temporum notitia; huic etiam
parti præliminarem precipuorum Tabel-
lam appingimus juxta certiorè compu-
tationem efformatam

TABVLA CHRONOLOGICA NOVI TESTAMENTI, seu VITAE CHRISTI DOMINI, & SS. APOSTOLOR:

Auct. P. Ricciolo, & Aliis, cum Chronistis, tum S. Script. Interpretibus

Anni Christi	Imperatores	Varia	Anni Christi	Imperatores	Varia	Anni Christi	Imperatores	Varia	Anni Christi	Imperatores	Varia
1.	43. & 44. Augusti	Natus est Christus Jesus, iuxta certiora computationum, apud Quados anno 42. imperij Augusti Caesaris, ac ultimo Herodis Regis qui paulo post impie occisos Innocentes misere interfecit.	26.	12. & 13. Tiberij.		51.	11. Claudiij.	Paulus Athenis venit Corinthum, ubi plures convertit. Act: 18.	76.	7. Vespasiani	
2.	44. & 45. Augusti	Mortuo Herode, rediit de Egipto S. Joseph cum Puera Jesu, & Maria Matre eius, & habitaverunt Nazareth in Galilea.	27.	13. & 14. Tiberij.		52.	12. Claudiij.	Paulus navigat in Syriam, venit Casarum, descendit Antiochiam, visitat Galatiam, & Phrygiam. 13.	77.	8. Vespas:	
3.	45. & 46. Augusti	Theudas Judaeam peragravit, ubi multi Regis vel Messiae nomen sibi arrogant. ~ Royaume Chronologia Sacra.	28.	14. & 15. Tiberij.		53.	13. & 14. Claudiij.	Paulus in Asia superiori praedicat. dein Ephesi per biennium docet & convertit multos. Act: 13.	78.	9. Vespas:	
4.	46. & 47. Augusti.		29.	15. & 16. Tiberij.		54.	1. Neronis à 13. Octobris.	Paulus Ephesi, ut supra.	79.	10. Vespas:	
5.	47. & 48. Augusti.		30.	16. & 17. Tiberij.		55.	1. & 2. Neronis.	Paulus Macedonia peragravit, dein Graeciam. Petrus Romam revertitur sublato jam edicto claudi.	80.	11. Vespas:	
6.	48. & 49. Augusti.		31.	17. & 18. Tiberij.		56.	2. & 3. Neronis.	Paulus per multas Regiones venit Jerusalem, ubi alligatus, & ad varios iudices transmissus à quibus Casarem appellans Romam mittitur. Act: 20. usq. ad 28.	81.	1. Domitiani.	Domitianus init Imperium die 13. Septemb.
7.	49. & 50. Augusti.		32.	18. & 19. Tiberij.		57.	3. & 4. Neronis.	Paulus Romae per biennium habitat in conducta domo custodiens se milite. Act: 28.	82.	2. Domit:	
8.	50. & 51. Augusti.		33.	Tiberij annis 19. & 20. à die 19. Augusti.	Sub finem anni 33. Dni. S. Jacobus minor or. Dinachus est Episcopus Hierosolymorum, & Hier. Catalog. de Script. Eccl.	58.	4. & 5. Neronis.	Paulus ubi supra. S. Lucae itinera, Martyrium &c. vide apud Baronium ad annum Christi 67. ut ille nomen erat.	83.	3. Domit:	
9.	51. & 52. Augusti.		34.	20. & 21. Tiberij.	Saulus persequitur Ecclesiam Christi, & quae narratur Act: c. 8. & c. 26. à n. 10. ad 12.	59.	5. & 6. Neronis.	Paulus post biennium à Nerone dimissus Hispanias & Gallias perlinstravit. Baronius ubi supra.	84.	4. Domit:	
10.	52. & 53. Augusti.		35.	21. & 22. Tiberij.	Saulus mirabilis conversio, iter in Arabiam, & reditus in Damascum. S. Petrus cum Cornelio Centurione. Act: 9. 10.	60.	6. & 7. Neronis.		85.	5. Domit:	
11.	53. & 54. Augusti.		36.	22. & 23. Tiberij.	S. Petrus Hierosolimam reversus. Apostoli in suam quing. provinciam pergunt. Petrus Cathedram suam Antiochia tenuit.	61.	7. & 8. Neronis.	S. Barnabas occiditur in Cypro. Flav. Dextr. Chronic. S. Andreas crucifigitur. Onuphrius in Chronico.	86.	6. Domit:	
12.	54. & 55. Augusti.	Christus Dominus 12. annos natus inter Doctores reperitur à parentibus. Luc: 11.	37.	Caij. 1. à die 10. Martij.	S. Jacobus major Hispaniam illustrat. ut fert traditio hispanica antiquissima. ait Quodros Palest. Bibl.	62.	8. & 9. Neronis.	S. Marcus occisus est. S. Jacobus minor Martyrio affectus Hierosolimis. ita ex Hieronimi Catalogo desumitur. S. Simon & Iudas occisi in Perside. Onuphrius.	87.	7. Domit:	
13.	54. & 56. Augusti.		38.	2. Caij.	Quae de S. Paulo narratur ad Galat: 1. à n. 18. ad 22. & Act: 9. à n. 23. ad 31. & c. 22. à n. 17.	63.	9. & 10. Neronis.	Aliqui Martyrium S. Simonis & Iudae hie collocant ut inquit Quodros.	88.	8. Domit:	
14.	56. Augusti & 1. Tiberij. à 19. mensis Aug.	Augustus moritur Nola in Campania. Royaume Chronologia Sacra.	39.	3. Caij.	Barnabas cum Paulo Antiochia. hic primum fideles vocantur Christiani.	64.	10. & 11. Neronis.	Mors S. Mattheae. ex Chronico Flavii Dextri. Primitia Martyrum Roma imperante Nerone, ut inquit Martyrii Rom. 24. inn.	89.	9. Domit:	
15.	1. & 2. Tiberij.		40.	4. Caij.	Discipuli subsidia colligunt. ad fratres in iudeam missi per Paulum & Barnabam, ut anno sequente factum est.	65.	11. & 12. Neronis.		90.	10. Domit:	
16.	2. & 3. Tiberij.		41.	1. Claudiij à 24. Jan.	Herodes Agrippa vexat Ecclesiam, & S. Jacobum ex Hispania reversum decollari jubet.	66.	12. & 13. Neronis.	SS. Petrus & Paulus Romam reversi Simonem Magum debellant. Petrus 2. suam epistolam scribit.	91.	11. Domit:	
17.	3. & 4. Tiberij.		42.	2. Claudiij.	S. Petrus de carcere ad Angelo liberatus, Romam venit contra Simonem magum. Paulus & Barnabas cum Seleucia & inde Cyprum. Act: 13. Cathedra Romana.	67.	13. & 14. Neronis.	Martyrium gloriose subeunt S. Petrus & Paulus die eodem 29. Junij.	92.	12. Domit:	S. Joannes Apostolus, postquam Roma de dolio ferventis olei illensus evaserat, relegatus est in Insulam Patmos. Tyrinus, Onuphrius, &c.
18.	4. & 5. Tiberij.		43.	3. Claudiij.	Saulus & Barnabas in Cypro multa praedare agunt & Saulus converso Paulo Praconque. agunt nomen Pauli. Act: 13.	68.	14. Neronis 1. Galbae.	Nerone interempto die 10. Junij, succedit Galba Imperator.	93.	13. Domit:	
19.	5. & 6. Tiberij.		44.	4. Claudiij.	Herodes Agrippa misere interfecit. Josephus l. 19. Antiqu. cap: 7.	69.	2. Galbae.		94.	14. Domit:	S. Joannes in Patmo Apocalypsim scribit. S. Hieronymus in Catalogo. S. Irenaeus lib: 5.
20.	6. & 7. Tiberij.		45.	5. Claudiij.	Paulus & Barnabas Iconij praedican. Act: 14.	70.	1. Vespasiani.	Jerosolyma capta à Vesp. prius obsessa in Paschate, casa sunt iudeorum videntes centena millia, & Josepho l. 7. belli iudei.	95.	15. Domit:	
21.	7. & 8. Tiberij.		46.	6. Claudiij.	Paulus & Barnabas Iconij lapidati fugiunt in Lystram. Act: 14.	71.	2. Vespas:	S. Bartholomaeus martyrium passus apud Persas. Onuphrius in Chronico.	96.	Nerva I. à die 18. Sept: 97.	S. Joannes ab exilio revocatus revertitur Ephesum. scribit Evangelium. (S. Hieron. in Catalogo.
22.	8. & 9. Tiberij.		47.	7. Claudiij.	Jidem reversi Iconium constituunt Praesbyteros per Ecclesias, mox in Pamphyliam pergunt. Act: 14.	72.	3. Vespas:		97.	1. Trajani.	
23.	9. & 10. Tiberij.		48.	8. Claudiij.	Jidem in Aetolia evangelizant, dein in Antiochia Syria. Act: 14.	73.	4. Vespas:	S. Thomas Calamina, seu Meliapore in India occisus. Onuphrius.	98.	2. Trajani.	
24.	10. & 11. Tiberij.		49.	9. Claudiij.	Claudius jubet Romae exulare omnes Judaeos: hinc Petrus rediit in iudeam, coacto quoque Hierosolymis primo Concilio decidit Christianos esse pro se à Circumcisione. Act: 15.	74.	5. Vespas:		99.	3. Trajani.	
25.	11. & 12. Tiberij.		50.	10. Claudiij.	Paulus & Barnabas seorsim praedican. Dionysius Aroepagita convertitur Athenis ex praedicatione S. Pauli. Act: 15. 16. 17.	75.	6. Vespas:		100.	4. Trajani.	S. Joannes moritur, annis plenus, & meritis, annis iuxta Asanida 97. iuxta alios 92.

TABVLA CHRONOLOGICA NOVI TESTAMENTI, sive VITAE CHRISTI DOMINI & SS. APOSTOLORUM.

Ex P. Ricciolo, et Altit, tum Chronologis, tum S. Script. Interpretibus

Anni Christi	Imperatores	Varia	Anni Christi	Imperatores	Varia	Anni Christi	Imperatores	Varia
1.	1. Augustus	Christus natus in Bethlehem Iudeae, die 25 Decembris, anno 42. Imperator Augustus.	26.	12. Augustus	Paulus ad Corinthos, ubi plures convertit. Act. 18.	76.	7. Vespasianus	
2.	2. Augustus	Christus in Bethaniam venit, ubi Lazarus resurrexit. Anno 43. Imperator Augustus.	27.	13. Augustus	Paulus in Syria, ubi in Caesarea a synagoga est expulsus. Act. 18.	77.	8. Vespasianus	
3.	3. Augustus	Christus in Nazareth, ubi in synagoga docuit. Anno 44. Imperator Augustus.	28.	14. Augustus	Paulus in Asia, ubi in Epheso a synagoga est expulsus. Act. 19.	78.	9. Vespasianus	
4.	4. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 45. Imperator Augustus.	29.	15. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	79.	10. Vespasianus	
5.	5. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 46. Imperator Augustus.	30.	16. Augustus	Paulus in Achaia, ubi in Corinthos venit. Act. 18.	80.	11. Vespasianus	
6.	6. Augustus	Christus in Bethsaida, ubi in synagoga docuit. Anno 47. Imperator Augustus.	31.	17. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	81.	1. Domitianus	Domitianus natus Imperator die 13 Septembris.
7.	7. Augustus	Christus in Tiberias, ubi in synagoga docuit. Anno 48. Imperator Augustus.	32.	18. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	82.	2. Domitianus	
8.	8. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 49. Imperator Augustus.	33.	19. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	83.	3. Domitianus	
9.	9. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 50. Imperator Augustus.	34.	20. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	84.	4. Domitianus	
10.	10. Augustus	Christus in Bethsaida, ubi in synagoga docuit. Anno 51. Imperator Augustus.	35.	21. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	85.	5. Domitianus	
11.	11. Augustus	Christus in Tiberias, ubi in synagoga docuit. Anno 52. Imperator Augustus.	36.	22. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	86.	6. Domitianus	
12.	12. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 53. Imperator Augustus.	37.	23. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	87.	7. Domitianus	
13.	13. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 54. Imperator Augustus.	38.	24. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	88.	8. Domitianus	
14.	14. Augustus	Christus in Bethsaida, ubi in synagoga docuit. Anno 55. Imperator Augustus.	39.	25. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	89.	9. Domitianus	
15.	15. Augustus	Christus in Tiberias, ubi in synagoga docuit. Anno 56. Imperator Augustus.	40.	26. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	90.	10. Domitianus	
16.	16. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 57. Imperator Augustus.	41.	27. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	91.	11. Domitianus	
17.	17. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 58. Imperator Augustus.	42.	28. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	92.	12. Domitianus	S. Iohannes Apostolicus, postquam Pater de Galla...
18.	18. Augustus	Christus in Bethsaida, ubi in synagoga docuit. Anno 59. Imperator Augustus.	43.	29. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	93.	13. Domitianus	
19.	19. Augustus	Christus in Tiberias, ubi in synagoga docuit. Anno 60. Imperator Augustus.	44.	30. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	94.	14. Domitianus	S. Iohannes in Papat. S. Iohannes in Papat...
20.	20. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 61. Imperator Augustus.	45.	31. Augustus	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	95.	15. Domitianus	
21.	21. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 62. Imperator Augustus.	46.	1. Claudius	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	96.	16. Domitianus	S. Iohannes in Papat. S. Iohannes in Papat...
22.	22. Augustus	Christus in Bethsaida, ubi in synagoga docuit. Anno 63. Imperator Augustus.	47.	2. Claudius	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	97.	17. Domitianus	
23.	23. Augustus	Christus in Tiberias, ubi in synagoga docuit. Anno 64. Imperator Augustus.	48.	3. Claudius	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	98.	18. Domitianus	
24.	24. Augustus	Christus in Capernaum, ubi in synagoga docuit. Anno 65. Imperator Augustus.	49.	4. Claudius	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	99.	19. Domitianus	
25.	25. Augustus	Christus in Cana Galilaeae, ubi in synagoga docuit. Anno 66. Imperator Augustus.	50.	5. Claudius	Paulus in Macedonia, ubi in Thessalonicae synagoga est expulsus. Act. 17.	100.	20. Domitianus	S. Iohannes in Papat. S. Iohannes in Papat...



Caput I.

Pag. 1.

Christus Dominus

A novi Testamenti Capite, Fundamen-
to, ac Auctore. undequaque primario nos-
trum modò facimus exordium; tum, quòd
& ipsa. objecti dignitas id sibi superexcel-
lentia. jure vindicet; tum quòd hinc om-
nis seu laudanda sanctitatis, sive demiran-
dae actionis origo, fonsque dimanet: ex tot
tamen, ut altissimis Redemptoris nostri
mysteriis, & actibus, pauca. solum & nomina-
tiora. sub solitis dabimus divisionibus, qui
utique non attentamus, aut nova narrare
aut scrutanda menti proponere, sed pia.
dumtaxat insinuare recordationi memorā-
da, ac bona. prosequenda voluntati.

S. I. Christi Generatio, Nativi- tas, & Infantia

Textus: In principio erat Verbum. Joan: 1.
Liber Generationis Jesu-Christi filij David: Math: 1.

Et peperit filium primogenitum, & pannis eum involuit,
& reclinauit eum in præsepis, quia non erat ei locus in
diversorio. Luc: 2. 7.

Videntes cognoverunt de verbo. Luc: 2. 17.

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer
vocalum est nomen ejus Jesus. Luc: 2. 21.

Magi ab Oriente venerunt. Matth: 2. 1. 7.

Tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Dño. Luc: 2. 22.

Surge: fuge in Ægyptum. Matth: 2. 13.

Venit in terram Israel. Matth: 2. 21.

Invenit illum in templo sedentem in medio Doctorum,
audientem illos, & interrogantem eos. Luc: 2. 46.

Verbum Verbum Patris Verbum Verbum Patris æter-
num, Deus De Deo, ut homines peccato perdi-
tos gratia regeneraret voluit in tempore ex
humana serie generari, sed utique S^{to} Spiritu
obumbrante, ex Virgine Maria, Viro despon-
sata Joseph regia stirpe oriundo, sic que
natus est nono post conceptionem mense, dece-
bri anni a mundi creatione, 3950 (juxta ini-
tialiam Tabellam nostro 1^o tomulo affixam) a
Diluvio 2273. a Roma condita, 751. a capti-
vitate Babilonis 521. ab hebdomadis Danielis
453. a Machabæis 103. Natus est in Bethleem
judæ, in præsepis reclinatus, a pastoribus tamẽ
divino afflatu cognitus, die octavo circumcisus,
& Magis stella buce inventus, adoratus, ac mu-
neri-

bus Deus, Rex & Homo declaratus, in templo
dein presentatus, mox ab Herode ad necem
conquisitus cum parentibus ab Angelo moni-
tis abit in Aegyptum, mortuo que tyranno
reversus moratur in Nazareth indeque Na-
zarenus cognominatus. Jam duodennis as-
cendit cum parentibus Jerusalem ubi post
triduum quæsitus reperitur in templo inter
Doctores, & reducitur in Nazareth.

In principio erat Verbum, id est ab æterno, an-
te sæcula aut tempora, quod ex humani intel-
lectus infirmitate nec concipi valet, nec proprio
vocabulo declarari melius quam voce princi-
pii, ut saltem nil eo prius concipiamus qui re-
vera principium non habuit, sed esse ex omni
parte æternum, ac generationem perpetuam
inenarrabilem, incomprehensibilem.

Liber
generationis, Jesu Christi, De Divina ad
humanam Christi generationem venimus.
illa utique ineffabilis, sed & hæc summè a-
mabilis & admirabilis; ex misericordia a-
ma-

Tabula Genealogiæ Christi Domini

Ex SS. Matthæo & Luca

DAVID,

Ex quo geniti

Genealogia
Christi ex
S. Matthæo.

Salomon
Roboam
Abia
Josaphat
Joram &c.

Nathan
Mathata
Menna
Melca
Eliakim &c.

Genealogia
Christi ex
S. Luca.

Eliud.
Eleazar
Mathan,
ex quo geniti.

Levi
Mathat

Sobe
que genuit
Elisabetham
uxorem Zachariæ & Matrem
Joannis Baptistæ.

Jacob,

Anna, qua nupsit
Heli, idest Joachimo,
ex quibus genita

ex
quo
geniti

Cleophas
vel Alphæus, cujus
uxor Maria,
ex quibus geniti

JOSEPH, cujus uxor
MARIA
mater
JESU CHRISTI.

Salome,
uxor Zebedæi
ex quibus geniti
Jacobus major, Joannes
Evangelista

Maria
Matth. 28.
ver: 1.


Jacobus Minor,
Apostolus, frater
Domini, dicitur
Alphaei, primus
Episcopus Hierosolime,
Actor: 1. 13. Marc: 15. 40.
Galat: 1.

Joses,
Sive Joseph
Matth. 27. 11. 50.
Marc: 15. 40.

Judas
Apostolus, cogno-
mento Thaddæus
& Lebbaeus, frater
jacobi minoris,
auctor Epistolæ
Canonicalis
Actor: 1. 13.
Luc: 6. 16.
Matth: 10. 3.

Simeon
Sive Simon
Marc: 6. 3. qui
successit Jacobo
fratri suo in Epis-
copatu Hierosolime.
Martyr que recubuit
anno 10. Trajani,
cum annu-
ageret 120.

Tabula Genealogica Christi Domini



UNIVERSITA
DE
GRANADA

4. *mabilis, ex dignatione admirabilis, ubi Deus terram, caelo adiunxit, & homines omnes peccato rebelles sibi strictissimo vinculo copulavit.*

Filii

David, filii Abraham, & ubi & Christi secundum carnem nobilitas, quam pro nobilibus commendavit, declaratur, & aliunde summa denotatur humilitas, iis imitanda, cum regia simul ac sacerdotali stirpe oriundus, & paupertatem praelegit, & peccatoris apparentiam: unde, ex Hieronimo, & aliis, solae 4. Mulieres (dempta Christi Matre Sanctissima) in ea serie nominantur, ex quo peccatrix, ut nempe ex talibus originem ducens, ad delenda peccata se venire significaret.

Et peperit filium primogenitum, sed & unigenitum, talis utique decebat esse, qui & conceptione, & partu nascebatur adeo mirabili, ut & matrem, undecumque relinquebat virginem, intemeratam, ac caelestibus donis cumulata m. o. felix mundo partur, ubi Deus in similitudinem hominum factus, & servi forma indutus, ipsum hominem

superba depressum elatione profunda venit
erecturus humilitate: studeamus effeci, ait S. Ber-
nardus, sicut parvulus iste. ne magnus Deus sine
causa factus sit homo parvus, Ser: 3.
sup. August.

et pannis eum
involvit, pauperibus sed mundis: Christus pan-
niculis utitur pro purpura, pro bysso laciniis;
et iis involvitur seu constringitur, ut nos horum
in se suscipiens vincula peccatorum, sed et iis
pannis anima nostre bordes extensurus adve-
niebat, avaritiam, paupertate, et tot delictis
maculas sua munditie

Et reclinavit eum in
præsepio, digno quem Deus seligeret loco,
ubi bos suum cognosceret patrem, asinus
Dominum, quem rationalis despexerat creatura,
jumentis non jam similis, sed deterior facta, ina-
nimatis. Audiamus hic cum Bernardo, quid cla-
met stabulum, quid præsepe, quid panni? S. 1. de Nativ.

Quia
non erat eis locus in divensorio; Demus ei lo-
cum in cordibus nostris, qui pulsat dicens: præbe
filii mi cor tuum mihi; caveamus locum negare
ei quem si respuerimus vocantem, non reperie-
mus divertentem, et lamentabimur in nostro
inte-

6. interitu ridentem

videntes cognoverunt de
verbo, scilicet verum esse, quod eis fuerat nunti-
atum ab Angelo, statim que cognita divulgarunt.
sed verò quod pastores crediderant videndo, nos
salubrius credamus fidendo, ut quæ nobis fides
proponit non appetamus modò videre oculis,
sed potius cæco credamus affectu, donec caelestia
mereamur clara visione intueri

ut circumcide-
retur puer; die octavo voluit spontè circumci-
di Christus Dominus, ut sanè præ cæteris obediendi
virtutem, nobis suo commendaret exemplo, at-
que ut legis onus in se suscipiens, longe leviora
novæ legis onera, summisso nos animo porta-
re efficacius edoceret

Vocatum est nomen ejus Jesus,
quod interpretatur Salvator; & quidem venie-
bat saluum facere quod perierat; & ideo non
ipse factum, sed & per Apostolos, viros que
Apostolicos usque modo salvationis media
tribuit hominibus, ut non nisi nolentes, seu
luminis rebelles pereant

Magi ab oriente ve-
nerunt, Magi, nempe sapientes, & Astrologi,
qui

quibus ideo stella cœlestis signum proportionatū 7.
datum est, pro reperiōne increatæ sapientiæ,
& lucis æternæ; hos Thagos fuisse Reges fert Pe-
trum Communis; negat tamen S. Hieronimus in C. 2.
Danielis, nec non alii pauci; Verum & congrue-
bat tales fuisse, ut & pueri nascentis melius ar-
gueretur adorabilitas; Sapiētes verò solum no-
minari, ut pote quibus, ut talibus habitis, ma-
jor fides adhibenda erat. Sic ergo & potentibus
se revelat Christus, & Pastoribus; illis, ut humanā
deprimeret superbiam, his, ut humilitatem commē-
daret acquirendam, qui omnes salvaturus adve-
niebat, & cujus nomen omnibus adorandum gen-
tibus proponebatur. Multa de his vide apud
Sylvestram to: 1. l. 2. c. 4. & nostrum Cornelium
in Math: 2.

Tulerunt illum in Jerusalem ut sis-
terent eum Dño, ut masculum primogenitum jux-
ta legem Exodi 13. 12. qua tamen cum verius,
ex S. Cyrillo & aliis non teneretur, voluit tamen Do-
minus eam subire, tum in humilitatis exemplum
& obedientiæ, tum in amoris erga nos novum ar-
gumentum, ut piissimè considerat S. Thomas Vil-
lanovanus dicens: O bone Jesu, te nobis Pater
dedit, te nobis Mater emit: duplici te jure pos-
si-

Sym: de
Purificat:

2. sidemus) ~

*Surge: fuge in Aegyptum: Vix Sal-
uator nascitur, & quaeritur ad necem, quam u-
nicè ex eo statuit fugere, ut longiori martyrio
pro nobis eandem postea posset subire; atque
(ut mirè Chrysologus Serm: 157. 157.) quia Christus
venerat ut quib's praeceptis docuerat, firmaret exem-
plis, & ipse faceret quae faciendae mandaverat, hinc
que in aetate virilli voluit morte crudeli tot passi-
ones consummare. Fugit autem in Aegyptum, ex
Eodem ibid.: ut ad Scyllatis latebras profana Aegip-
tus conduceretur; aut, ut habet Angelinus Doct-
tor: Quia ipse induxerat tenebras in Aegypto,
ideo voluit eam primo illuminare.*

*Venit in ter-
ram Israel, remonitus denuò Joseph ab Ange-
lo, eo quod jam obiissent Herodes, & filii ejus,
sed audiens Joseph, quod & in judaea Arché-
laus regnaret pro patre, tandem ex altera An-
gelica monitione in Galilaeam secessit, habita-
vit que in Nazareth. Sic que vix duodennis
tot peregrinationibus suffragatur Divinus Puer,
ne vitam Apostolicam profitentes horrerent
itinera, transmigrations, aut habitationum
mu-*

mutaciones sibi pro divina gloria, proximo-
rum salute, propria ve exercitatione subeun-
das, ex illo Marci Euntes in mundum. unives-
sium, predicate,

Invenierunt illum in templo,
quia, vel à prioritia, ostendebat zelum suum cir-
ca spiritualia, non nisi in templo poterat amissus
reperiri: super quod perpiè sic discurreit Cardinal:
Hugo apud Sylveiram: Pastores sive Prelati, qui
alios debent pascere verbo Dei, hi inveniunt Jesum
in prasepio Sacre Scripturae; Magi seu Contem-
plativi, Jesum inveniunt in domo propria cons-
cientiae; Parentes Jesu, hoc est Penitentes, qui
per timorem concipiunt Jesum, & per bonam ope-
rationem pariunt, hi inveniunt Jesum in templo,
seu domo orationis,

In medio Doctorum, bene
in medio, qui omnium erat lucerna Doctorum,
quem hi merito stupentes audirent; sed & nos
longè plus admiremur audientem, & interrogan-
tem illos; in hoc, & verè prudentiae, & totius hu-
militatis exemplar, nec non, & propriè divinum
Magistrum, ubi Christus docet nos, quod ante
de-

10 Debeamus discere, quam docere, ut notat Divus
Bonaventura; item ait Magnus Greg⁹ Past: p: 3.
Ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doce-
ri interrogando voluit, qui per divinitatis poten-
tiam verbum scientiae ipsis doctoribus ministra-
vit, ~

S. II. Christi Adolescentia

& Juventus. Luc: 2. 41. Marci 6. 3.

Matth: 13. 55.

Textus: Et venit Nazareth: & erat subditus illis.
Luc: 2. 41. & Jesus proficiebat sapientia, &
tate & gratia, apud Deum, & homines. N. 5. 2.
Nonne hic est fabri filius? Marci 6. 3.
Nonne hic est fabri filius? Matth: 13. 55. ~

Numerata sane pauca, reperire est in Sacra
Historia, de Adolescentia Christi Domini; ve-
rum iis paucis plurima comprehenduntur de-
miranda, & imitanda, dum Salvator viveret
privatus, atque hominum lateret oculos incog-
nitus: Postquam ergo cum parentibus reversus
est Nazareth, ibi se subdidit illis, ampliore
quotidie sapientiam prodens, quo diebus, & an-
nis crescebat: Censent hic non pauci cum S.
Chrysostomo, Thoma, Justino, Christum usque
ad annum 30: artem fabrilem lignariam cum
sancto Joseph exercuisse; alii cum Hilario, &
Am-

Ambrosio, ferrariam; Hugo murariam vel
aurificem; alii verò nullam, censentes sublimi
deditum contemplationi, ac vacasse orationi &
jejniis usque ad annum trigesimum: sic cū
Burgensi & Simone Casiano illi: Sed & inter
omnes media potest esse sententia, qua & Sanctum
Joseph credamus adjuisse laborantem,
sic que ex lucro laboris sustentatum corpuscu-
lum, & Divina contemplatione vegetatam
animam ejus sacratissimam

Et venit Naza-
reth, cujus locus erat inferior, & situs, ad Jeru-
salem; unde textus habet quod descendit Jesus,
mundanam volens confundere superbiam, quæ
semper ad demonis exemplum super nubium
altitudinem molitur ascendere: descendamus tan-
dem à fastu, descendamus ab honorum culmi-
ne, descendamus cum Jesu in vallem nihilitatis
nostræ, ne modo tardantes à descensu, postea co-
gamur cum Dracone descendere in profundum
laci, in terram tenebrosam, in mortis umbram
sempiternam

Et erat subditus illis, Jesus secun-
dum humanam naturam se subdidit parentibus,
in

12. in his que paucis tota per annos plures ejus vi-
ta comprehenditur; ut quo pauciora sunt verba
plura nobis manent pro meditatione mysteriorum:

Serm. 3.
in die Pasche

erueamus saltem cum S. Bernardo Christum se
parentum subiecisse consiliis, ac directioni, ut nos,
inquit, mundaret ab ea lepra, quae proprii consi-
lii est. quis enim non erubescat esse obstinatus in
consilio suo, quando suum sapientia ipsa deseruit.

Hom. 1.
sup. Missus.

Hinc: Disce homo (ait alibi) obedire, disce pulvis,
obtemperare. Erubescite superbe cinis: Deus se homi-
nibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo
te preponis auctori.

Et Jesus proficiebat sapientia,
etate, & gratia, (quod augmentum utique intelli-
gendum in ostensione solum, ac manifestatione
successiva. sapientiae & gratiae suae substantialiter
infinite.) quibus nobis vellet innuere optimum pro-
ficiendi modum pra omnibus esse subjectionem, o-
bedientiam, silentium, & humilitatem, quarum
praecipue virtutum hoc tempore voluit exempla
praebere: atque in accrescentia illa majori quoti-
diana, hoc quoque nobis docuit, quod in virtutum
semita quotidie proficiendum sit, in qua, non pro-
gredi, te gredi est; si volumus non recedere, curren-
dum est, teste Aug. Epist. 143. ad Demetr. Virg.

Apud

Apud Deum & homines, Christus utique 13.
verè in seipso crevit gratia, ut ex S. Thoma ex-
plicat Suarez, non autem quoad habitum, sed
quoad actus, & effectus ex habitu productos, novum
que de se confidentes meritum, in actu primo, &
ratione sui, etsi ratione infinitatis personæ, hujus
respectu non potuerit accrescere: hinc verius S. Cy-
rillus L-10 thes: c. 7. ait: Filius Dei ita detegendo
seipsum in dies, non ipse, sed qui mirabantur
ipsum, atque amabant, proficiebant, ita enim
augescens magnitudine corporis, una crescebat in
et manifestatio Divinitatis, causa Divina com-
placencia, & utilitatis humana.

Nonne hic est
faber filius Mariae? quomodo cumque Salvator
fabricem artem exercuerit, in eo & sectari pauper-
tatem, & otium detestari nos docuit, ut & nemo
dedignetur in vultus sui sudore vesci pane, & om-
nes satagent utili occupatione fruides daemones
antevertere: quæ & juvenibus maxime, & adoles-
centibus congruunt, ut & suis laborantes usan-
tur viribus, & sanguinis ardorem corpus exer-
cendo mitigent, stas que jam forte decrepitos
parentes adjuvent, futuris que sibi filiis provi-
deant

Adone hic est fabri filius, utique putativus, ut qui Dominus erat dominatum voluerit putari filius Joseph, nostrae vitium superbiae veris curans contrariis: nos enim, conditionis saepe vilitatem ficta simulamus nobilitate, Christus divinitatem sub servili occultat occupatione; nos de generis ortu gloriamur de potentia, divitiis, & honoribus; dum indigentiam affectat qui Deus est, omnipotens, omnium factor, & rector, & in cujus nomine genus omne curvatum.

S. III. Christi Aetas virilis.

Textus: Venit Jesus à Nazareth Galilee, & baptizatus est a Joanne in Jordane. *Marci. 1. v. 9.*
 Regressus à Jordane agebatur à spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. *Luc: 4. v. 1-2.*
 Joannes testimonium perhibet de ipso. *Joan: 1. v. 15.*
 Dicit eis: venite, & videte. *Jo: 1. v. 30.*
 Fecit initium signorum Jesus in Cana Galilee.
 Post hoc descendit Capharnaum. *Joan: 2. v. 11-12.*

Anno jam 15. Tiberij Caesaris, Baptista. predicante viam que Christo preparante, voluit hic ab illo baptizari in Jordane die 6. Januarii, quo expleto, statim secessit Christus in desertum, & se ad predicationem velut preparans per 40. dies vacavit orationi & jejunio, ubi esuriens &

& diabolo tentatore devicto, & ministrantibus, ^{15.}
Angelis confortatur; inde reversus in Galileam
per dies quindecim mansit Nazareth, ut habet
S. Epiphanius. hæresi 15. mox Judæi legatos mi-
serunt ad Joannem de Messia interrogantes, qui-
bus ille, non se, sed venientem Christum esse, digito
monstravit, & verbo, dicens: Ecce Agnus Dei & quod
& post die repelens, jam Christo Discipulas redu-
xit, quorum inter Andreas Simonis frater, ex
12 Apostolis primus electus, qui & fratrem mox
ad Christum adduxit. Tertia ad hinc die s. ne-
pe Martij, invitatus Jesus ad nuptias in Cana
Galilææ aquam in vinum mutavit, Matre Ma-
ria inveniēte: hoc que primum ejus fuit mira-
culum nati jam annis triginta, & mensibus duo-
bus, cum diebus duodecim, februario eo bissex-
tilli anno 29 diebus constante, ut ex citato Epi-
phanio computat noster A. Lapide. to: vn: in Evang:
Post hæc descendit Jesus Capharnaum, ibi sic
mansit puta ad 25^{am} ejusdem Martij.

Venit
Jesus Nazareth Galilææ, patriam relinquens,
ut jam prædicationi se aptaret; & qui post
docturus erat, carnalem omnem relinquendam
pos-

16. possessionem, prior ipse id facto complet; ut
qui maximè ad aliorum conversionem se volu-
erint aptare, prius omninò patriam, parentes
& proximos curent deserere, nec enim Prophe-
ta ullus acceptus est in patria sua, neque non
renuntians omnibus quæ possidet, esse potest
Christi discipulus.

Et baptizatus est à Joanne
in Jordane; quòd, etsi Deus-homo, sic voluit, tū
ut omnem legis humilitatem impleret; tum ut sic
joannis baptismi apud tot suscipientes compro-
baret; tum etiam ex Bernardo, ut nobis luvan-
dis aquas ablueret; atque etiam ex Ambrosio
nemo jam refugiat lavacrum gratiæ, quando
Christus non refugit lavacrum penitentiæ: nec
ullus dedignetur à conseryo baptizari, postquam
Deus baptizatus est ab homine.

Regressus à jor-
dane (ubi super Baptizatum descenderat Spiri-
tus Sanctus in specie columbæ voce Patris info-
nans: Hic est Filius meus &c.) aegrotavit à Spiritu
in desertum; à Sancto utique Spiritu, quo effatus
loca deserta petit post prædicationis, atque ex hinc
ipsis prædicans prædicatoribus, ut ab hominum se
segregent tumultu, ut dicenda prius cum Deo solo
con-

Serm: 1.
de Epiph:

lib. 2. in
Luc: -

conferant; prius orationi, & jejuniis se dedant,
anima que propria virtutibus præornanda incum-
bant.

Quadragesimæ diebus, quibus Quadrage-
simam nobis Dñs suo jejuniis consecraret, ait S.
Ambrosius Ser: 34. Quadragesima namque jeju-
niorum (Aug: Ep: 119. c. 11) habet auctoritatem, &
in veteribus libris ex jejuniis Moysis, & Eliæ, & ex
Evangelio, quia totidem diebus Dñs jejunavit,
demonstrans Evangelium non dissentire à lege &
Prophetis; nec ultra progressus est Dñs, ex Chry- Hom: 15.
sostomo, ne scilicet rei admirandæ excessus incre-
dibilem fueret suscepti hominis veritatem, imò
& Christus posthæc esurivit, non item illi; ut scilicet
in his, quia fragilibus operata divinitas probare-
tur; è contra in Christo, ut assumptione carnis nos-
træ fragilem se suscepisse hominem revelaret, uti
sentit Divus Maximus Homil: 3. de jejuniis

Et
tentabatur à diabolo, tribus tentationibus Gulae,
superbiæ, & Avaritiæ: quod solùm afferre au-
sus est diabolus, ut sibi occultam exploraret Chri-
sti divinitatem, ut censent Patrum plures: quas
omnes Dñs sacris verbis refutavit tentationes, ut
quoties à dæmonibus, vel malis hominibus impug-
namur, ad Sancti Evangelii auctoritatem confu-
gium

18. confugium faciamus, ait S. Hieron: Sed sic se-
tentari passus est Saluator humillimus, ut cujus
munimur auxilio, ejus erudiamur exemplo: pug-
navit, ut & nos postea pugnaremus, vicit ille, ut
& nos similiter vinceremus: verba sunt S. Leonis
Ser: 1. de Quadrage:

Joannes testimonium per-
hibet de ipso: coram legatis judaeorum, ad veri-
tatem inquirendam missis; ubi, & Joannis im-
perurbabilis veracitas, & ejusdem imitanda ve-
nit humilitas; illa Christum aperte confitentis,
haec se Mesiam, aut Prophetam negantis, Voce
que tantummodo profitentis: unde Rupertus ait:
Joannes ita judicando, regulam custodiebat sanc-
tae & vere humilitatis, semetipsum deprimens,
tanquam minor esset omnibus; de quo tamen
humiles exaltans Dominus testatur, inter natos mu-
lierum eo majorem non surrexisse

Dicit eis: ve-
nite, & videte; duobus scilicet discipulis ab ipso
Christo querentibus ubi habitaret: quibus ipsa
statim videndum praebet domicilium, ut osten-
deret (inquit Cyrillus) non sufficere, si quis ubi
Christi domus, id est Ecclesia, fundata sit, vi-
diderit, sed si per fidem in eam venerit, & qua
mystice in ea peraguntur ferventi animo viderit,
Fecit

in Cap: 3.
v. 11.

1-2-in jo.
c. 9.

Abit inihum signorum Jesus in Cana Ga¹⁹.
lilee, ubi nuptie celebrabantur, non Joannis
Evang: ut cum Ruperto censent aliqui, sed alte-
rius ut cum S. Hieronimo docet communior &
de Joanne decentior opinio: jis invitatus Salva-
tor non est dedignatus cum Matre ac discipu-
lis interesse, ut sic confirmaret, quod ipse nup-
tias consecravit, ut Augustinus innuit; atque
hic principium fecit patentium miraculorum,
aquam in vinum convertens, & suam gloriam
sic manifestans, ut jam homines ad se colendum
mirabiliter excitaret, & aqua naturam mu-
tans, max suum indicaret auctorem, omnium
que creatorem, atque, ut habet Ambrosius Ser: 18.
Cum ex vili aqua optimi saporem vini voluit
gustare convivias, hoc signo totum utique resur-
rectionis mysterium continetur; ut & nos in a-
liam imaginem ita transformemur ab Omnipo-
tente, ut sicut quandoque in corpore, ita nunc
mutemur in mente, ut quidam concludit apud
Sylveiram

tract: 9.
in joan:

Berengof: Abb:
l. 3. c. 10. d. 1. c. 10.

Post hoc descendit Capharnaum, ubi
paucis mansit diebus: ex quib sic moralizari
liceat: Capharnaum villa consolationis dicitur

20. tur, teste Ruperto lib: 3. in joan: Christus er-
go post prolongatum jejunium, brevi dat
locum consolationi; non quod eam potuerit vel
carere, vel indigere; sed ut doceret tanquam
suavis Magister, sanctae penitentiae rigores
prudenter recreatione quandoque temperan-
dos, quae profecto non tepescit primus animi
fervor sed potius ad majora prosequenda ac-
cenditur, ac ad perficienda roboratur. ~

S. IV. Christi Praedicatio.

Ampla prorsus, & longa nimis sub
hoc titulo nobis expanditur materia, quam,
ut pro dignitate sub consueta methodo ex-
planare non possumus, sic totam nec refe-
rendam, nec discutiendam suscipimus, sed mo-
do solum, quae ex Divina Christi praedicatio-
ne planiora videbuntur, ex debita modestia
attingemus; reliqua vero reverenter sinemus
in merito dictis Commentatoribus videntia.

Textus: Vident^{autem} Jesus turbas ascendit in montem

Matth: 5. v. 1.

Vos estis sal terrae. Matth: 5. v. 13.

Dicitur est antiquis: Non machaberis. Non
perjurabis. . . Oculum pro oculo. . . Diliges pro-
ximum tuum. . . Ego autem dico vobis. . . Esto-
te perfecti sicut Pater vester caelestis perfec-
tus est. Matth: 5. usq: ad finem. ~ Sic-

- Sic ergo vos orabitis: Matth: 6. 9. 9.
 Cum autem jejunatis nolite fieri sicut hypocrite. 4. 16.
 Non potestis Deo servire & mammona. 4. 24.
 Vides, fessicam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides. Matth: 7. 3. 3.
 Attendite a falsis prophetis. 4. 15.
 Tēgit eum dicens: volo, mundare. Matth: 8. 4. 3.
 Intperavit febrī, & dimisit illum. Luc: 4. 39.
 Nemo mitens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Luc: 9. 62.
 Impēravit ventis & mari & facta est tranquillitas magna. Matth: 8. 26.
 Invenerunt hominem sedentem, a quo demonia exierant
 (Luc: 8. 33).
 Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth: 9. 2.
 Vidit Publicanum nomine Levi, & ait illi: sequere me & surgens secutus est eum. Marci 2. 14.
 Tēgit simbriam vestimenti ejus, & confestim stetit fluxus sanguinis. Luc: 8. 44.
 & surrexit puella. Matth: 9. 25.
 Ecce sanus factus es, jam noli peccare. Joan: 5. 14.
 Elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominavit
 Luc: 6. 13.
 Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Luc: 6. 19.
 Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui. Luc: 7. 15.
 Designavit Dominus & alios septuaginta duos. Luc: 10. 1.
 Simile est regnum caelorum grano strapis. Matth: 13. 31.
 Et veniens in patriam suam, docebat eos. Matth: 13. 54.
 Qui minor est inter vos omnes, hic major est. Luc: 9. 48.
 Haec autem oportuit facere, & illa non omittere. Luc: 11. 42.
 Contendite intrare per angustam portam. Luc: 13. 24.
 Unum tibi deest, vade & Marc: 10. 22.
 Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth: 20. 16.
 Lazare, veni foras, & statim prodiit. Joan: 11. 43. 44.

Prolixioris narrationis vitandae gratia, sic
 breviter Christi Domini Prædicationis tres
 nobis adnotamus annos ex videndis Aucto-
 ribus.

22 ribus. Primus ergo annus continet acta
Christi à primo Paschate post baptismū
usque ad Pascha secundum, scilicet quæ
gessit à die 25. Martij anni Eiusdem 31.
usque ad finem martij anni 31. ipsiusmet
Domini: exoritur quæ hic primis annus
proprie, quando Christus ex urbe Capharna-
um instante Paschate ascendit Hierosolimā
ibi quæ eiecit vendentes de templo, zelare ex-
terius incipiens domum Dei, ac regnum ce-
lorum annuntiare, in hoc quæ ad se attraxit Ni-
codemum, Samaritanam, Petrum, Andræam
& joannem: post hæc habuit in Galilæa mi-
rabilem illum sermonem, in monte, octo de-
clarans Beatitudines, inde quæ descendit Ca-
pharnaum, prædicationem multis ibidem
confirmans signis, ac tandem anno transac-
to venit Hierosolimam ad secundum Pascha
unde & secundus ipsius prædicationis annus
inchoatur, in quo Apostolos elegit, turbas in
loco campestri docuit, puerum centurionis cor-
poraliter, Magdalenam spiritualiter sanavit,
per parabolas multa docens, multa quæ pa-
tratis miracula, tam in corporum medelam
quàm animarum: in tertio demum Pascha-
te

te, anno que *idem* tertio *predicationis* Chris-^{23.}
ti, ejusque *ætatis* inchoato 33: non venit Hiero-
solimam, quòd *judæi* necem ejus *prematuro* jo: 7. 1.
machinarentur, sed secessit in *Gallileam*, varias
que *civitates* peragravit, & *vicos*, *doctrina* &
beneficiis plurimos *ditans*, *scribarum* ac *Pha-*
risæorum *fallacias* confutans, & *Divina* do-
documenta *fidei* dicto *opere* ac *miraculis* con-
firmata spargens, usque diu, quarto *Paschate*
appropinquante, ad *initium* *Marlij* anni *ætatis*
Christi 34. inchoati à. 25. *Decembris* præfe-
rili, venit *Bethaniam*, unde *Lazaro* suscitato
profectus *Bethphage* ad *montem* *oliveti* perrexit
Jerusalem, ut dicitur *S. sequenti*

Videns
autem *Jesus* *turbas* ascendit in *montem*,
Octo *beatitudines* *predicaturus* ascendit in *monte*,
ut *fluenta* *tanta* *doctrina*, quæ de *vertice* *ma-*
nabant, *uberius* *totum* *corpus* *fideliu* *riga-*
rent, ex *mente* *S. Thomæ*. Octo autem *nume-*
rantur *quasi* *octo* *mundi* *paradoxa*, *hic* *enim*
in *octo* *illarum* *contrariis* *beatitudinem* *collo-*
cat: *quas* *verò* *S. Matthæus* *sic* *explana* *vit*, *S.*
Lucas *ad* *quatuor* *per* *compendium* *redegit*, *qua-*
si *cardinales* *solum* *virtutes* *complexus*, *vel* *po-*
stius

24. lius ad has redigens ceteras, ut re ipsa conti-
nentur; Sanctus autem Matthæus omnes distin-
ctius explicat, quibus, & directius mundi stultitia,
in singulis redarguitur, ubi, Ambrosio teste, inde
beatitude debetur iudicio divino, ubi ærumna
æstimatur humano.

l. i. offic.
c. 16.

Yos estis sal terræ, quod
ut Apostolis ex ore Christi, sic & omnibus con-
gnit, qui doctrina vel exempla aliorum men-
tes condire satagunt; quod Deo iuvante conse-
quentur Sacerdotes, alii ve in Ecclesia præla-
ti, si loquantur ut oracula, vivant ut numi-
na, apud à lapide. Ut quisquis Sacerdoti jun-
gitur quasi è salis petra æternæ vitæ sapore
condiatur; ait Gregorius Homil: 17.

Dictum
est antiquis: non machaberis. &c. quibus gra-
viora solum in quavis specie videbantur pro-
prohiberi peccata; Christus verò, qui ultique
non venerat antiquas leges solvere, sed potius
adimplere, & perficere, Ego autem (inquit) dico
vobis, &c. non solum peccata opere patrata,
sed & ipsas damnans pravas concupiscentias, om-
nem que docens in quavis virtute sectandam per-
fectionem; unde concludit: Estote perfecti &c. Hoc
nam.

namque, ex S. Leone, est naturalis nostri seminis ²⁵ dignitas, si in nobis, quasi in quodam speculo, divinae bonitatis forma resplendeat, Ser: 1. de
Jejunio.

Sic ergo vos orabitis; hic docet Dominus res quae petendae sunt, verba quae ipsa nobis dedit, quibus, ut pote à se pronuntiat, efficacius petita consequamur; & quidem, ut S. loquitur Cyprianus, Tract: de
orat:onica Quae vera magis apud Patrem precatio, quam quae à Filio, qui est veritas, de ore ejus prolata est, & post pauca: Quanto efficacius impetramus quod petimus in hominis Christi nomine, si petamus ipsius oratione, quam idè Doctor Evangelij Breviarium appellat, quod res omnes à Deo petendas miro, & sensu, & ordine complectatur.

Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae; hic Jesus docet vitandam hipocrisim, seu laudationis appetentiam ex bonis operibus, quam merito Chrysologus, vehemens Ser: 7. malum, virtutum fucum, lineam sanctitatis appellavit; & S. Hilarius, hypocritas judae traditori jure comparans, dicit: Nulla major jactura, quam sub religionis specie Christum opprimere, Sib: contra
Constantin.

Non,

Non potestis Deo servire & mammonæ; au-
 diamus super hoc S. Bonaventuram: O! inquit,
 quam dissimiles sunt isti duo Domini! primus sua-
 vissimus; secundus crudelissimus. Deo servitur, flen-
 do per penitentiam, diabolo, ridendo per lasciviam;
 Deo servitur vigilando in custodia, Diabolo servi-
 tur dormiendo in negligentia; Deo servitur, ascen-
 dendo de virtute in virtutem usque in caelum, dia-
 bolo descendendo de vitio in vitium usque ad in-
 fernum; hinc sanctè concludit Seraphicus: Qui
 ergo nemo possit duobus dominis servire, repudiè-
 mus alterum, scilicet diabolum, ut soli Dño servia-
 mus;

in imperfecto
 Rom: 18.

Vides festucam in oculo fratris tui, & trabem
 in oculo tuo non vides; super quo Chrysostomus
 præclare habet: Omnis ergo doctor, qui alterum
 in qualicumque reprehendit delicto, & ipse in eodem
 constitutus, non se prius expurgat, certum est, quia
 alloquens in Ecclesia non alios vult salvare, sed
 per bonam doctrinam malos actus suos celare;

At-
 tendite à falsis Prophetis, id est, à pravis sociis,
 fallacibus amicis, perversis instructoribus, simu-
 latis consiliariis; prius probate, ne sub ovina
 pelle lupina lateant intestina; adverte ad ope-
 ra, an doctrinæ respondeant; uti non ex foliis
 ne-

neque ex floribus (ait S. Bern?) sed ex fructu arbor bona, mala ve dignoscitur, Epist: 107

Tēligit eum dicens: volo, mundare, ubi subtiliter advertit S. Ambrosius: Dominus dicit Volo, propter Photinum; imperat, Mundare, propter Arium; tangit propter Manichæum; in primo non homo putus, sed & Deus esse perhibetur; in 2^o se Patri demonstrat æqualem; ac in tertio, verò, non Phantastico corpore indutum; vel, ut Divus notavit Paschasius, Dominus verbo, & tactu curat, ut in verbo Divinitas, in tactu ostendatur humanitas; sed & spiritualiter & mysticè per Volo, cuique nostrum Christus suam offert gratiam, per mundare passivè, nostram exigit cum ipsa gratia cooperationem

in Luc: c. 4.

L. 4. in Matth:

imperavit feбри, & dimisit illam; hic quoque Christus & imperavit & tēligit, ut febris Sacrum Petri dimitteret. Tēligit manum ejus, & dimisit eam febris, ut habet S. Mathæus: Verum, quæ necessitas tangendi erat, ubi inerat jus jubenti? rogat Chrysologus, qui & respondet: Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem, ut acciperet indulgentiam manus, quæ carperat de morte sententiam. Sed & febris illa, Ambrosio auctore

Serm: 18.

L. 4. in Luc: c. 4.

28. fore, vitia nostri sunt corporis, quae ignem ossibus implicant, mentem, animum, sensumque perterrant

Nemo mitens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei; haec in omnes intruit sententia, qui semel viam virtutis aggressi, iterum in vitia retrocedunt, ut quibus cognita Veritatis semita & relicta, jam non restat pro peccatis hostia, sed terribilis expectatio iudicij: hinc recordari praecipimur uxoris Loth, ne ad ea quae semel Deo obediens reliquimus, denno tepidi, aut rebelles revertamur.

Luce: 17. 32.

Hom: 3. in
ter 17. cum: 10.

impe-
ravit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, nata est tentatio (ait S. Aug?) ventus est, turbatus es, fluctis est; excita Christum, loquatur tecum; in spiritalibus ergò anima nostrae procellis, cum visio- rum flant tentationes, cum prava consuetudo appetitum quasi fluctuare impellit, ita ut nobis videatur dormire. Adjutor noster Dominus, eum illico pia oratione excitemus, & statim profecto serenitatem sentiemus.

Invenerunt hominem sedentem, à quo daemonia exierant; laudandus homo, si ut pie sentit à lapide hic sedebat ad Christi pedes ex reverentia, & humilitate; si verò alibi sedens ac desidiosus inventus est, ingratitude sanè, vel pigritia

gratia arguendus, cum iis omnibus qui per Dei
gratiam à Daemonum insidiis liberati, seu à vitis
purgati, non curant relabendi causas evitare, sicque
vel incauti, vel nimirum de se confidentes, & otiosi
denudò diabolicos incurrunt aggressus, inde que, ut
supra, inepti fiunt regno Dei.

ad Memo
mitensic

Confide, fili, remittun-
tur tibi peccata tua; ; prius hic Christus remisit pecca-
ta paralytico, quàm sanat eum à corporis morbo,
quia, ut belle S. Basilus, Saepe morbi velut qua- Reg: 55.
dam peccatorum flagella sunt, quibus nil aliud a-
gitur, nisi ut vitam nostram in melius commutemus;
prius ergo de vitis curandis cogitemus veniam à
Deo cum fiducia exorantes, Deique à corporis
infirmirate liberari cum resignatione postulemus.

Vidit

Publicanum nomine Levi, & ait illi: sequere me. Con-
versio est S. Matthæi, quem Publicanum alloqui &
invitare non dedignatur Dominus, qui peccatores sal-
vos facere venerat, ut nos etsi gravissimo peccatorum
pondere gravati de Divina pietate confidamus, sed
& tot modis vocantem illic sequamur, exemplo Ma-
thæi tantum gravamen fortiter excutiamus: Et sur-
gens secutus est eum. Reliquit propria, ait V. Beda
qui rapere solebat aliena, quid Dominus eum ita
ac-

apud
à lapide.

30. accenderat, ut vocantem statim sequeretur, ~

^{Tetigit}
Simbriam vestimenti ejus, & confestim stetit. Felix
sanguinis, quia sicut auctor nature dat magneti
vim attrahendi ferrum, ita (inquit Hilarius) Dabat
Christus vesti suae vim sanandi ex fide tangentem,
sic, & immundum cessabit prave inclinationis proflu-
vium, longe profectio citius & efficacius, si cum fide
ad sacram accedamus Corporis Christi Communionem.

^{Et}
surrexit puella, jairi filia duodennis defuncta,
quam manu tenens Christus suscitavit, surrexit, &
ambulavit addit S. Marcus, Quemcumque enim,
ut Beda interpretatur, peccatis mortuum super-
nae manus miserationis resuscitatura tetigerit, non
solum a sordibus exurgere, sed in bonis continuo
proficere debet operibus, ~

Ecce sanus factus es, jam
noli peccare, dixit Jesus Paralitico, quem sanave-
rat, iterum denotans corporis infirmitates persae-
pe a Deo propter peccata immitti; relapsus que
graviori poena puniri; hic que verificatur illud
Beda dictum: Qui foris ab infirmitate, ipse etiam
intus salvavit a scelere; Verum, ut ait Theophy-
lactus; Qui priori supplicio non est emendatus, ad
majora tormenta servatur, tanquam insensatus,
& contemptor, ~

apud
Sylviam

apud
a lapide

Ele-

31.
Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos no-
minavit; inter omnes suos Discipulos duodecim Chris-
tus seligit specialim, ut Legatos suos cum absoluta
potestate Evangelium predicandi, Ecclesias fundan-
di, sacerdotes & Episcopos creandi & consecrandi, om-
nibus ad id necessariis gratiis & donibus^{cos} cumulan-
s: illorum duodenarius numerus, nec paucis scaturit mys-
terius, & pluribus apud Patres celebratur encomiis:
super quæ inter alios vide Toletum in Cap: 6. Luca
annot: 19. ~

Virtus de illo exibat, & sanabat omnes:
accipe summam miraculorum Christi, à quo tan-
quam à fonte virtutum, à fonte riviali sanitatum
redibant quicumque tangere, videre, vel audire eum
meruerant: nunc verò, & tangit Christum, qui fi-
deliter credidit in eum, teste Bedæ; videt Christum,
qui ex corde cogitat eum; & audit Christum, qui
sibi prælatorum^{um} jussa attendit, & exequitur iux-
ta illud: Qui vos audit, me audit, ~

Luc: 10.
7. 10.
Et resedit, qui
erat mortuus, & capit loqui; sedere & loqui, vera ex-
suscitationis argumenta sunt, ait Hieronimus; corpus enim
exanime, neque sedere, neque loqui potest: sic qui
prius rebellis, & gratiæ mortuus peccata confiteri
renuit, divino tandem excitatus impulsu, prius se-
det ut crimina examinet, & detestetur; dein ea inte-
grè, & contritè confitendo loquitur ~ Desig

32. Designavit Dominus, & alios septuaginta duos, quos sub nomine Discipulorum Christi intelligunt Sanchi Patres ad distinctionem Apostolorum duodecim: non quod & plures non habuerit Christus discipulos, sed quia ex illis, ultra Apostolos, alios specialim elegit 72. velut eorum codō iutores, ut bene innuit

Epist. Anaclestus Papa: Cum vero messis cepisset crescere, videns paucos operarios, ad eorum adjuvmentum septuaginta eligi precepit Discipulos.

in Commento Simile est regnum caelorum grano sinapis: sit hoc pro ceteris, quas Christus proponit, parabolis, quibus ideo diversis usus est, ait Hieronimus, ut iuxta vulnerrum varietates, & medicina diversa sit, qua mēderi volebat Dominus vitis nostris. Hic ergo regnum caelorum pro Christo ipso accipit S. Hilarius, & pro Ecclesia S. Chrysostomus; pro fide, Evangelio, ^{sumpeperat} ~~sumpeperat~~ alii; sed & ipsūmet caelorum regnum non dedecet comparari grano illi minimo, respectu nostri, quibus donec vitis servimus gloria apparet minima, ut & eam despiciamus; ad nos verò reversis, & tanti boni consideratione contritis, ita sublimis apparet, ut ejus summitatem nec mentis oculis cōspici ~~non~~ posse fateamur, ut ardentiori in eam desiderio feramur.

Et veniens in patriam suam, docebat eos; ubi pro Patria

tria Jesu, Nazareth significatur, ut docent cum
 S. Hieronimo plures: Docuit ergo Deus in patria,
 ne compatrios privaret tanto ad salutem medio;
 sed non fecit ibi virtutes, seu miracula, quia cum ^{hic.} _{Luc: 4.}
 ut ipse dixerat, nemo Propheta acceptus sit in pa-
 tria sua; plura ibi faciens miracula, ubi ob concivi-
 um naturalem familiaritatem subiacebat contemptui;
 non eis prodessent ad salutem, sed potius ad penam ex
 abusu graviolem.

Qui minor est inter vos omnes, hic
 major est; Humilitatem docet Jesus discipulos de
 majoritate contendentes, qui ergo omnium minores
 seu humillimus inter homines, hic major est apud
 Deum, quia ut bene Casarius: Sicut de fonte terre-
 no, & de corporali fluvio non potest aliquis bibere,
 nisi voluerit se inclinare; ita & de vivo fonte Chris-
 to, & S. Spiritus fluvio nemo aquam vivam hauri-
 re poterit, nisi se humiliter inclinare voluerit, prop-
 ter illud quod scriptum est: Deus superbis resistit,

^{hec}
 autem oportuit facere, & illa non omittere, dicebat
 Christus Phariseos & Scribas increpans, simul que
 omnes illos, qui minima cavere affectantes, graviore-
 ra deglutiunt crimina, quasi aquam bibentes iniqui-
 tatem; itaque modica minime spernenda sunt,
 sed ne paulatim decidamus in majora: hoc facien-
 dum.

34. Dum assumamus pro fine, & pro medio illud nō
omittendum.

Contendite intrare per angustam
portam, seu Regem Dei, & prava inclinationis mor-
tificationem, quā intratur in regnum caelorum;
in 2^o: 1. audi S. Basilium: Via illa (pravorum) facilis &
lata, pronoque cursu declivis habet decipientem
dæmonem malum, qui per voluptatem se sequentes
ad perditionem trahit: aspera verò, & acclivi & ar-
duæ (justorum) Angelus praesidet bonus, qui per stre-
nuos pro paranda virtute labores, ad finem beatum
sequaces suos deducit; contendamus ergò hanc ini-
1. Cor: 9. re viam, tanquam in agone ab omnibus abstinea-
mus terrenis.

Unum tibi deest, vade, in ejus conse-
cutionem scilicet, Davidis exemplo dicentis: unā
2^o: 26. 4. petij à Dño, hanc requiram; ut qui etiam scruta-
ta conscientia, nullius se conscios reperiunt delicti, imò
& nullis refertos virtutibus, sibi vel unum deesse
sateantur, hoc que à Deo humiliter petant, & quan-
tum in ipsis est diligenter requirant; sed per paucis
vel uno est opus, ut ait S. Basilius; imò ipsis met sa-
col: 1. c. 8. ctissimis deesse solet illud unum, quod ex Cassiano
est unius Dei intuitus, & contemplatio, ut scilicet
etiam Sanctorum actus, ac ministeria mirifica
quis supergressus, solius Dei jam pulchritudine,
Sciē-

scientia que pascatur

Nulli sunt vocati, pauci
verò electi, quia ut benè Maldonatus, plerique vo-
cati venire noliunt, nolentes verò accedere ad eligen-
tem, quomodo eligi possunt, ab eo qui ulique omnes
vocat, sed solas accedentes eligit. Habemus autem,
ait Apostolus, accessum per fidem in gratiam istam, Rom. 5: 2.
in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum
Dei, & ad Hebræos 11. 6. Credere enim oportet ac-
cedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se re-
munerator sit.

Lazare, veni foras, & statim pro-
diit: Ex notissimo hoc Christi miraculo, istam cum
Magno Gregorio moralitatem deducamus: Lazaro
inquit dicitur, veni foras, ac si a perfè cuilibet mor-
tuo in culpa diceretur: cur reatum tuum intra cons-
cientiam tuam abscondis? foras jam per confesio-
nem egredere, qui apud te inferius per negationem
latet, & ut ille statim ad externam Christi vocem
prodiit, sic & nos ad internam ejus inspirationem
absque mora de vitiorum ceno, seu sepulchro exe-
amus, non ut ille denuò morituri, sed usque in
finem in bono perseveraturi.

Atque hic finiuntur
tres anni Predicationis Christi Dni, adveniente
scilicet quarto, ab ejus Baptismo, Paschate, ad ju-
tium

36. tium. Martij, anni ejusdem Christi 34 incho-
ati, unde, & ipsius Passio incepit, de qua mo-
dò dicemus breviter ~

I. V. Christi Passio, & Mors.

Textus: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare
vobiscum antequam patiar. Luc: 22. 15.
Capit p̄dvere, & cadere. Marci 14. 33.
Juda, osculo filium hominis tradis? Luc: 22. 48.
Discipuli ejus relinquentes eum, omnes fuge-
runt. Marci 14. 50.
Ministri judaeorum comprehenderunt Jesum,
& ligaverunt eum. Et adduxerunt eum ad
Annam primum. Joan: 18. 12. 13.
Unus assistens ministrorum cecidit a lapam Jesu.
Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Ponti-
ficem. Jo: 18. 22. 24.
Testimonium falsum dicebant adversus eum
Marci 14. 56.
Jesum autem facebat Matth: 26. 63.
Et ecce nunc audistis blasphemiam: ibid: 64.
Iterum ergo negavit Petrus. Jo: 18. 27.
Et cœstus fortis, flevit amare. Matth: 26. 75.
Tradiderunt Pontio Pilato Prasidi. Matth: 27. 2.
Sprevit autem illum Herodes. Luc: 23. 11.
Non hunc, sed Barabbam. Jo: 18. 40.
Apprehendit Pilatus Jesum & flagellavit. Jo: 19. 1.
Coronam de spinis imposuerunt capiti ejus. 4. 2.
Et percutiebant caput ejus arundine. Marci 15. 19.
& conspuerant eum. ibid:
Dicit eis: Ecce Homo. Joan: 19. 5.
Et bajulans sibi Crucem exivit. ibid: 17.
Super vos ipsas flete. Luc: 23. 28.
Ibi crucifixerunt eum, & latrones. ibid: 33.
Pater, dimitte illis. N. 34.
Hodie mecum eris in Paradiso. N. 43.

Mulier, ecce filius tuus. Jo: 19. 26.

Dixit Deus meus, ut quid dereliquisti me? Matth: 27. 46.

Dixit: Sitio. Jo: 19. 28.

Cum ergo accepisset Jesus acetum, Dixit: Consummatum est. Ibid: 30.

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Luc: 23. 46.

Et hæc dicens, Expiravit. Ibid:

Verè hic homo filius Dei erat. Marci 15: 39.

Unus militum lancea latus ejus aperuit } Jo: 19. N. 34.

& continuo exivit sanguis & aqua.

Joseph autem mercatus syndonem, & deponens eum involvit syndone, & posuit eum in monumento... & advolvit lapidem ad ostium monumenti. Marc: 15. N. 46.

Jesus ergo suscitato Lazaro maximam incurrit Pontificum ac Pharisæorum invidiam, quia eum occidendum decreverunt; ipse verò id cognoscens ascendit Jerosolymam, instante jam Paschate, ac in via prædixit mortem suam Apostolis, in Jericho Zachariam se invitantem convertit, Die veneris ante Sânicam Palmarum venit Bethaniam, & die sequenti in domo Simonis leprosi cenavit cum Lazaro, ministrantibus Martha, & Maria, cui remisit peccata; postridie Palmarum, eo anno, 20. Martij. magno populi applausu, Jerosolymam ingreditur asino vectus, ac post biduum, in quo de more cunctis benefaciens ac prædicans, à Juda per pactum traditur Judæis, ex inde oportunitatem eum capiendi occasionem quaerentibus; inferitur

Do-

38. Dominus, omnium præsciens, feria 5.^a celebravit
Pascha cum Discipulis; post, eorum lavit pedes
& S. Eucharistiam instituit, & hymno dicto, seces-
sit oraturus in montem olivarium, ubi agoniam
subiens ab Angelo confortatur; & cohorti se que-
renti occurrens, traditore benigne suscepto, com-
prehenditur, vinculis alligatur, atque conspectibus
Anna, Caipha, Pilati, & Herodis, jam feria 8.^a sub
manu presentatur; ubi falsis testibus accusatur,
illiditur, conspuitur; colaphis, cæditur; mox coram
Pilato Barabba postponitur; illius consensu fla-
gellatur, ac coronatus spinis, veste indutus purpu-
rea, ab eodem presentatur compuncto ad hunc popu-
lo, ut tam afflicti misererentur; sed crucifigatur
iterum ac iterum clamitant, unde à Pilato Cæsa-
rem timente, traditur voluntati eorum, qui Cruce
onustum eum duxerunt in montem Calvarie ubi
vestibus spoliatum, felle & aceto potatum elim,
crucifixerunt, medium inter duos latrones, quorū
unus ad illum conversus, proxime glorie pignus
ex eius ore accepit: dictis que Jesus miris illis 7.
verbis, emisit spiritum, unde non fregerunt ejus,
uti aliorum, crura, sed latus lancea foderunt, ex
quo manavit sanguis & aqua; mox de Cruce
depositum Christi corpus, & unguentis defle-

delibitum, à Josepho ab Arimathæa & Nicodemo^{39.}
sepelitur; sepulchro custodes à Pilato apponun-
tur, ac sepulchri os lapide obsignatur.

Deside-
rio desideravi hoc Pascha, manducare vobiscum,
antequam patiar; quia in calum rediturus volebat,
per corporis & sanguinis sui Sacramentum, miro mo-
do apud suos redemptos remanere; Professus est, ait
Tertullianus, se concupiscentia concupiscere Edere, L. 4. contra
Marc: c. 40.
Pascha, ut suum acceptum panem, & distributum
discipulis, corpus suum illum, fecit; atque ut notat
S. Saur: Justinianus: Plurimos videns animâ Christi L. de Agone.
per hujus Sacramenti institutionem futuros esse Ecclesie
sue profectus fervida charitate, jucunda exultatione,
in latissima exultationis vocem prorupit, & ait: Desi-
derio desideravi, &c.

Cæpit pavere, & tædere; Nota
in Redemptoris Passione, genus omne passionum, do-
lorum, & afflictionum, modò incipit per tædium &
pavorem, atque tristitiam mortalem, in quibus
tamen, ut ait Aug: Potestate non infirmitate, tur- apud
Sylveir:
hic.
bavit se ipsum Dominus, qui ut veram carnem
se suscepisse demonstrat humana sustinet, inquit
Chrisost: Sed sic cum Christo colloquitur Ambrosius:
Doles Dñe, non tua, sed mea vulnera; non tuam
mortem, sed nostram infirmitatem; unde non sibi,
sed

40. sed pro nobis genuit, & oravit; ut in tribulatione ad Deum recursum, orationem, & in tuac disceremus debitam resignationem.

Juda, osculo Filium hominis tradis? amantis affectu corripit proditorem, ut clementiae demonstraret amplitudinem, & peritendi daret occasionem; sed o induratum cor judae, quod tanta suavitate non emoluit abundantia! sed & o durius hodie humanum genus, tot ab eodem Domino invitatum beneficiis, tot exaltatum blanditiis, tot resistens jam Dei passi donis, & gratiis.

Discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt; quia reliquerunt, fugerunt, ait Simon Casianus, quia relinquens Deum, relinquit securitatem; ideo agitur in timorem; relinquens vitam, fugit in mortem; Torcular calcavit solus Salvator, nullum habuit adiutorem, ut nec socii in poena haberet solatium, qui pravam omne volebat abolere consortium.

Ministri judaeorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum; sed verè funes peccatorum nostrorum eum circumplexi sunt, ut ipse ligatus, ab iis nos dissolveret; utque his vinculis, amore nostro spontè susceptis, injiceret nobis vincula charitatis, quibus nos traheret ad se redamandum, ait

Cornelius à Lap: hic, juxta illud Osee ii. in funi-^{47.}
culis Adam traham eos in vinculis charitatis).

Et
Adduxerunt ad Annam primùm, cujus do-
mus, teste Aug: erat in via euntibus ad Caiapham,
Pontificem, cujus socrer erat ille, & unus, è senioribus
ex quorum consilio comprehensus est Jesus, qui pro
nobis dignatus est ipsos & scelestissimos homines habe-
re iudices, cum esset ipse iudex omnium, vivos & mor-
tuos judicaturus.

Unus assistens ministrorum dedit a-
lapam Jesu: Echorraecat calum (exclamat Chrysost.) Rom. 82.
contremiscat terra de Christi patientia, & servi im-
pudentia; hanc detestemur, illam imitemur. Perfec-
tum est, ait Cassianus, in virgibus ei, qui te percussit, l. 13.
inferre verba salutis; & cum odio te feriat, tu charita-
te constringas, ut quem patieris percussorem, correc-
tum possis habere consortem; hoc ipsum factum nos
docuit Dominus, & hic, & cum Jüda proditore, ut ex
textibus patet.

Et misit eum Annas ligatum ad Cai-
pham, apud quem prædicta a lapâ percussus est Jesus
& negatus à Petro, ut ex aliis S. Evangeliiis colligitur,
ipso Joanne, si non verbis, sensu tamen id ipsum in-
sinuante, ut Doctores, & Patres aptè concordant: Duchis
que

42. que ad Caipham, variis ab eo impetitur interro-
gationibus, quasi sub examine: verum ut bene
notat Chrysostomus, figura ibi dumtaxat iudicij
erat, re autem ipsa latronum impetus,

Hom. 85.
in Math.

Testimo-

rium falsum dicebant adversus eum, falsum
ulique, & falsissimum, ut enim habet Origenes, Fal-
sa testimonia tunc locum habent, quando cum co-
lore aliquo proferuntur; adversus Jesum autem, nec
color inventebatur, qui posset adjuvare mendacia, a-
deo munda fuit vita Jesu & omnino irreprehensi-
bilis. Miser populus (exclamat hic S. Paschasius)
cujus principes iniqui sunt, & quarum seniores
perversi, quia nulli falsi testes in eorum nun-
quam desunt conciliis.

L. 12. in
Math.

Jesus autem tacebat,

mirabile inter calumnias silentium: ut ponde-
rat Leo magnus dicens; inter inconditas voces &
dissonas, hoc Jesus mirabiliter elegit, ut taceret.
Mirabiliter profecto, ubi homo, vel ab initio & jus-
tissime impetit, illico se excusans respondit culpas
mulierem, atque haec serpentem; sed & hanc quasi
innatam propensionem vincamus fortiter Christum
imitantes, patienter injurias tolerantes, atque in
cunctis linguam caute custodientes.

Genes. 3.
2. 13.

Ecce

Ecce nunc audistis blasphemiam: sic vocant in 43.
pii ipsam veritatem dicentes bonum malum, & malum
pro bono reddentes: Ut enim Christus (inquit Chrysost:) Hom: 66.
in Math:
Nihil lenitatis pratermisit, sic illi nihil contumeliae,
nihil impietatis, sed tam verbis, quam factis explere
furorem suum conati sunt; Quid autem hic, aliisque
Dño illatis injuriis precipue sit attendendum, dulciter in Per: 1.
Hebd: panosa
sic notat Bernardus: In hac igitur passione, tria spe-
cialiter convenit inveni, opus, modum, causam; nam
in opere quidem patientia, in modo humilitas, in
causa charitas commendatur.

Iterum ergo negavit
Petrus, qui plus omnibus se perseveraturum fiderat,
& ideo, ex Basilio, humana traditus est pusillanimitati, Hom: de
Humilit:
& prolapsus in negationem... sed lapsu institu-
tus est ad pietatem, edoctus etiam aliis infirmis par-
cere, item quia Dñum, ignarus sui, passione timidus,
& frigidus charitate, solo corpore sequebatur, ait Laur:
just. Vbi vero negavit Petrus Jesum? in societate
impiorum: unde recte Beda: Quam nociva impio- in Marc:
14.
rum colloquia! Petrus ipse inter ministros Ponti-
ficum, vel hominem se nosce negavit, quem inter
condiscipulos Dei filium fuerat confessus: ex om-
nibus erue, fugiendam jactantiam, sectandam
humilitatem, cavendam presumptionem. Et

44. Et egressus foras, fleuit amarè. Victor Antio-

in Marc: 14. Chenus id sic commentatur: Galli cantu admoni-
tus, quasi que à gravi somno excitatus, ad se rever-
sus, comperit se in illud ipsum malum, ac probrum
decidisse, in quod Dñs ipsum prolapsurum paulò
ante denunciaverat. S. Hier: Egreditur foras Petrus

de impiorum concilio, ut pavidè negationis sordes
in Luc: 22. amaris fleibus lavet. S. Ambr: Petrus doluit, &
fleuit, quia erravit, ut homo: commune quod labi-
tur, fidei, quod panitet: Nos quoque, sed toties
Christum operibus negantes, tandem errata cum
Petro defleamus amarè, ut cum illo & per illum
mereamur, à Deo respiciente contritionem verà,
& à Clemente veniam obtinere

Tradiderunt

Pontio Pilato Presidi: quis fuerit Pilatus, audi
L. 2. c. 9. ab Egisippo: Missus Pilatus est in iudæam vir im-
probus, atque in exiguo ponens mendacium, &
ideo ad hunc remittunt Sacerdotes Christum quem
falsis dumtaxat poterant accusare testimoniis; sed
& Pilatus sibi ipsi mendacior contra propriam cōs-
cientiam iustum condemnavit, pravos figurans iu-
dices; & se innocentem manuum lotionè simulavit,
docens hypoeritas ipsis factis mendacissimos

Sprevit
eum

eum Herodes, induitum veste alba remittens ad
Pilatum, quod signum ab illo videre cupientis super-
ba non fuerit salfata curiositas. Sicut Petrus Samia:
Ecce quem vulpes illa malitiosa desideraverat spre-
vit, & quia vitam non pro vivendi amore quaesivit,
in impietatis suae morte remansit. De veste vero illa
sic Ambrosius: Non otiosum est, quod alba veste in-
ducitur Dominus ab Herode, immaculatae tribuens
indicia passionis. Maluit quae Inus aperte a su-
perbientibus despici, quam signa faciens, a non
credentibus vacua voce laudari, aiebat S. Greg: in catena
divi 78.

Non hunc, sed Barabbam, furens in Jesum exclamat
populus: O iniqua comparatio innocentissimi cum
scelestissimo, sed huius iniquissima praelectio! O res
mira! clamat Athanasius, Iudaei benefactorem suum
condemnarunt, majorem homicida rationem haben-
tes, sed & modo iniquiores homines quotidie Chris-
tum ipsi postponunt demoni, cum suis praeligunt
servire cupiditatibus, quam Divinis obedire man-
datis. Orat in
Parasceve

Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit,
seu tradidit militibus verberandum, & illud sanctis-
simum corpus, pectus quae Dei capax, flagella se-
cuerunt, ut quia scriptum erat: multa flagella
pec-

Hieron:
in Matth: 27.

46. peccatoris, illo flagello nos à verberibus liberare-
mur ait idem Doctor maximus; monetque Augus-
tinus: O homo, dum tantam redemptionis hujus dig-
nitatem perspicias, ipse tibi peccandi pudorem inci-
cito: ecce pro impio pietas flagellatur;

Serm: 114.
de Temp:

Coronam
De spinis imposuerunt capiti ejus, Milites utique,
si non jubente, tamen iniquè permittente Pilato,
qui dicente Chrysostomo, ideo ita coronatum ad
judeos eduxit, ut ea ignominia eorum iram &
furorem aliquantulum sedaret. Compatiamur Dño
talia pro nobis passo, & cum Catharina Senensi
preoptemus hic spinis coronari, quam floribus;
seu Mortificationem Jesu circumferre, quam
mundi deliciis affluere.

Hom:
et in Jo:

in Vita
30. April.
apud Boland

Et percutiebant caput
ejus arundine; sed non unum membrum, sed
universum corpus atroces has injurias patieba-
tur (dicit Chrysostomus) Caput corona, calamo,
pugnis; facies sputis; maxilla alapis, reliquum
corpus flagellis, nuditate, amictu chlamydis, ado-
ratione simulata; manus calamo, quem pro scap-
tro tenere dederunt; os quoque ipsam & lingua
aceti potione & fellis afflicta. Perpende singu-
la.

apud
Cornelium

Et conspuebant eum, in divinam illam,
in

in quam, conspiceret. Angeli desiderant faciem, pu-^{47.}
trida Judæi sua sputa contorquent! clamemus tum
Euthymio: Horrete cælum & terra, universa que
creatura, in quam, faciem, quam intulerunt injuriam;
Unde Anselmus Leiparam loquentem inducens, sic Serm. de
Pas: Sni.
habet: Filius meus a deo consputus apparuit, quod
quasi leprosus apparebat, Discamus injurias tole-
rare, & ab ipsis conspuentibus in nos, faciem non a-
vertere isa: 50. 6.

Dicit eis: Ecce Homo; volens Pilatus Judæos
flectere ad misericordiam, ostendit illis Jesum tot
jam passionibus affectum, dixit que Ecce Homo,
quasi diceret, ait Augustinus, Si regi invidetis,
jam parcite, quia dejectum videtis, ferveat igno-
minia illius, frigescat invidia vestra; frigescant
ergo, & indomita concupiscentia, frigescat superbia
nostra, extinguatur ignita luxuria, tepescat ira,
cesset passio omnis inordinata, cum Deum nostrum,
& redemptorem conspiciamus pro nobis quasi lepro- isa: 53.
per tot:
sum, toties percussum, a deo humiliatum, despectum,
hominum opprobrium, plebis abjectionem, ac jam
sine hominis specie, aut decore, qui speciosus na- Ps: 44.
tus erat pro filiis hominum. Et bajulans sibi
crucem exiit; ipsum hic alta contemplatione
se-

48. sequamur ut pie hortatur Sylveira, cum S^o

Lib: Laur: Just: * O mi dilectissime lectori, spirituales cor-
de Ago: dis fauces para, & cuncta quæ legis, ruminando
Christi: dicente: meditare; tibi, ut devotionem acquiras, cælestia
dicente: apponuntur alimenta; noli in tam suavi convivio
permanere jejunis; Rursus autem gestavit Crucē
Ser: 8: Simon Cyrenensis, vel solus, ut communior tenet o-
De Puff: pinio, cum S. Leone, vel post Jesum merè adjuvans
ut aliqui cum Cajetano in C. 23. Luc: Quod ideo
Hom: 35: factum est, ut benè Origenes, quia Non solum
in Math: eum conveniebat accipere Crucem suam, sed &
nos conveniebat, portare eam, Atque, ut ait
Ser: de S. Athanasius ut hominibus notum fieret, quod
Cruce non suam ipsius, sed hominum mortem mere-
retur Christus, ~

Super vos ipsas flete; dicebat.

Dñs Crucem basilans occurrentibus mulieribus,
& sanè non tam desolanda Christi passio, quæ tan-
tam illi & nobis promeruit gloriam, quam causa
Passionis, sive nostræ delicta: unde S. Leo super
Ser: 10: de ea verba sic habet: Istum plañctum, Domini
Passione: Jesus dedignatur impendi, quia non decebat luc-
tus triumphum, nec lamenta victoriam; sed uti-
que flendum super his, qui in tremendo iudicio
accusati, præ timore imprecabuntur: Montes cadi-
te super nos; Colles operite nos! ~

Ibi

Ibi crucifixerunt eum, in Calvario monte, 49.
qui medius in orbe locus censeatur, ut verè Salva-
tor salutem operaretur in medio terræ, ut David
pronunciaverat; atque, ut crux Christi non tem-
pli esset ara, sed mundi, inquit Leo magnus: ex in-
de verè Crux est Ecclesiæ fundamentum, orbis ter-
ræ cautela, idolorum repulsio, lumen in tenebris
sedentium, regum magnificentia, tribulationum
requies, spes Christianorum, dux cæcorum, despe-
ratorum via, devictio diaboli, resurrectio mortu-
orum, ut inter plura alia Crucis elogia, habet S.
Chrysostomus

Ser. 9. de
Passione.

Homil:
de Cruce.

Et latrones, ut ^{et} verificaretur illud
isaia: & cum sceleratis reputatus est; ne & hæc de-
esset injuria Salvatori, quem imitantes non dedigne-
mur inferioribus sociari, maximè cum sæpius virtu-
te nobis longè sint superiores, & ipsi Dño gratiores, qui
mundi hujus infima selegit, ut sortia confunderet; sed
& hic advertite cum magno Aug^o dicente: Ipsa Crux,
si attendas tribunal fuit, in medio enim, iudice cõs-
tituto, unus qui credidit, liberatus, alias qui insult-
avit, dannatus est: jam significabat quod facturus
est de vivis, & mortuis, alios positurus ad dexteram,
alios verò ad sinistram.

Cap. 53.
v. 12.

Pater, dimitte illis; o
ex-

50. extollendum præ omnibus pietatis exemplum.
quasi pro suis interfectoribus præcipue pleretur,
primo in Cruce verbo, pro eis veniam clementissi-
mus, & misissimus exorat Dominus, ab eorum ig-
norantia petens excusationem, qui tamen crassa
omnino, & supinâ laborabant inscitâ scriptu-
rarum, ut ergo inimicis indulgere, eos diligere,
pro ipsis Deum exorare, & omne bonum eis velle
tanto addiscamus exemplo, atque in proximis
nostris si facta non possumus, saltem intentio-
nem, longè nobis occultiore, piè semper inter-
pretari.

Hodie mecum eris in Paradiso, dicit
Jesus dextero latroni se confitenti. O! potentiam
Jesus (ait Chrysost:) latro jam propheta est, & è
cruce prædicat. per ipsam confessionem prædatur
regnum, & ut habet S. Athanasius: O! latro Pe-
titi commilito, judæorum accusator, regni merca-
tor, postremus veniens, sed primus coronatus: O!
latro vehemens judæ accusator, Apostolorum Sym-
mista, justè Christum coemens. Posthæc ergo de-
nuo reminiscamur, ac firmiter credamus ih̄i ma-
jestate judicaturum, quem jam in Cruce videmus
exercere judicium: Positus namque Christus in
patibulo, velut arbiter in medio damnatorum, ne-
gan-

Serm: in
Parasc:

Ser: item
in Parasc:

quam repulit, suscipit confitentem, hunc de pu-^{57.}
tat regno, illum relinquit inferno; verba sunt Eu-^{Hom: de}
sebij Emisseni. ^{Satone.}

Mulier, ecce filius tuus, quibus Jesus
joannem virginem, Matri Virgini commendabat, &
in illo nos omnes sub tanta constituebat tutela Pro-
tetricis, in qua Bernardo teste, Angeli lætitiā, ^{Ser: 2.}
iusti gratiam, peccatores veniam inveniunt in æ- ^{die Pent:}
ternum, de qua benigna manus omnipotentis,
quidquid creavit, recreavit; atque vicissim sub
Matris nomine Joanni Mariam commendat, ut
& hanc Matrem insequamur, & amantissimam &
admirabilem; simulque instrueremur, quod à filiis
impendatur cura parentibus, inquit Augustinus

Deus
meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? clamat
Christus, spiritalem quoque pro nobis desolationem
passus, & mortis horrorem, quem utique volunta-
ria sustinebat patientia, æternum Patrem suum non
arguens, sed ut in Horto, ad nos instruendos alloquens;
hinc ait Cyprianus: Derelictus est Dominus, ne nos de-
relinqueremur; derelictus est, ut amorem suum erga
nos ostenderet nostrum ad se raperet... præire vo-
luit exemplo admirabili, ne via terreret, sed stu-
pendum Dei patientis exemplum nos concita-
ret.

Dixit

Tract: de
Passione

52. *Dixit: Sitis; Profluentibus de sacro latere aquis viventibus, emanantibus de fonte uberi largis liquoribus, Christus sifire se perhibet; sed verò, ait Blossius: Habuit a siam sifim, puta amplius patiendi, atque evidentiùs suum nobis demonstrandi amorem; & Augustinus: Sitis dixit, quamvis illi non dederunt quod sifiebat; ipsos enim ille sifiebat, at illi acetum dederunt,*

*Explicat:
Paf: c. 19.*

in Ps: 61.

Cum ergo accepisset Jesus acetum, quod sifienti propinarant Redemptori, potum acerrimum; sed bene hic Aug^s ait: Date quod estis; judaei quippe erant acetum, degenerantes à vino Patriarcharum, & Prophetarum, & tanquam vas plenum aceto habentes, scilicet cor plenum iniquitate, omnes que amarum hunc potum dant Christo peccatores, dum mandata Divina transgressione acetant; evangelica consilia, contemptione invertunt; fidei mysteria, pravis interpretationibus pervertunt.

Dixit: Consummatum est, quod est ordine sextum Christi in Cruce Verbum, quo jam omnia sacrificia vetera, omnes prophetia, omnes typi jam re ipsa in eo expleti significabantur. Quia, ait Aug^s, nihil remanerat,

*Tract: 119.
in Joan:*

serat, quod antequam moreretur, fieri ^{adhuc} oportet. 93.
ret; unde verè copiosa apud eum Redemptio, H. 123.
perfecta promissorum adimpletio, mirabilis nos-
træ reparationis exoritur consummatio: utinã,
& ut causa, sic & illius adimpleretur effectus! ~
Pater;

in manus tuas commendo spiritum meum; Qua
voce, inquit Theophilactus, primum libertatem
assecuta sunt anima nostræ, diabolo post hæc
nullam in eas habente potestatem, ut pote Patri
commendatas; Atque hoc terminantur septena
Christi pendentis verba, tali orõine, & successio-
ne prolata, ut perfectum in illo esset quod de
illo prophetatum erat, qui utique, cum vellet mo-
reretur, dixit Augustinus l. 3. de Consensu Evan-
gel: c. 18 ~ Unde sequitur ~

Et hæc dicens, expiravit, tradidit spi-
ritum, pro nobis obiit, & mortuus est, qui de se
immortalis, dignatus fuerat pro nobis fieri morta-
lem; expiravit autem inclinato capite, ex parte Ma-
tris suæ, advertit Hugo Cardinalis, quasi diceret, Per
ipsam veniam petite; & sanè quis post filium cu-
ram gerat humani generis? sicut Mater illa sal-
vatoris, afflictorum consolatrix, refugium peccato-
rum? ~ Vere

54. Verè hic homo Filius Dei erat; in hoc certe cætera comprehenduntur ex Christi morte subortæ prodigia, ubi peccatorum pectora quasi velum aperta, corda saxi duriori conscissa, conscientia de conclusis patefacta perhibentur: unde dixit Hieronimus: Hæc (signa nempe à morte Christi) videntur typum ferre credentium, quod pristinis errorum vitis derelictis, & cordis emollita duritia, qui prius erant similes tumulis mortuorum, postea agnoverint creatorem, & ad vitam gratiæ per penitentiam surrexerint, ut notavit S. Lucas

apud à
Lapide

C. 25. 48.

Percutientes pectora sua revertebantur. Unus militum lanceâ latus ejus aperuit: quod miles ille fecit subdubitans an mortuus esset, ait Cyrillus, quidquid autem de ejus fuerit intentione, traditur à Christo tunc, & corporaliter, & spiritualiter fuisse illuminatum, ut in illum crediderit, & per Apostolos baptizatus fuerit, ut tradit Salmeronus citans B. Isidorum: Aedit autem Chrysostomus: Ad conciliandam Judæorum gratiam latus ejus aperuerunt, & mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem, ac sceleratissimam! Et continuo exiit sanguis & aqua. Benè hic Rufinus: Produxit aquam, qua credentes diluat, produxit & sanguinem, qui condē-

Jo: 10.
Joan: 37.

net

net incredulos, & S. Aug. ideo, inquit, supra non dicit Percussit, aut vulneravit, sed aperuit, ut illic quodammodo vita ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesie manarunt, sine quibus ad veram vitam non intratur. Quapropter, Quia hinc habent ortum sacra mysteria, (monet Chrysostomus) cum accesseris ad tremendum calicem, ita accedas, ut ab ipso bibiturus Christi latere.

Joseph autem mercatoris syndonem, &c. Hic de Christi agitur sepultura, ubi imprimis cum Chrysostomo nobis fortitudo Joseph maxime admiranda est, & in similibus imitanda, qui propter amorem Christi, & mortis subit periculum, & odio se tradidit judaeorum. Et nos, inquit Euthymius, Dni corpus in altari accipientes, odoramentis illud ungamus suavis, videlicet virtutum operibus, ac opere, & contemplatione. Tandem Theophylactus adnotat: Qui non habuit domum in vita, neque sepulchrum habet, sed in alieno deponitur, & cum sit hinc, a Joseph vestitur; & quidem alienis omnibus utitur, quia pro aliorum eternalis erat, & moriebatur salute, ut bellè refectit Augustinus. His Christi Passionem absolvimus, ex qua sanè innumera, tum admirationi, tum imitationi liceat

Ser. 133.
De Temp.

erne-

S. VI. Christi Resurreccio, & Ascensio.

Textus: Jesum, qui crucifixus est queritis. *Math: 28. N. 9.*
 Surrexit, non est hic, ecce locus, ubi posuerunt eum.
Marci 16. 6.
 Apparuit primò Maria Magdalena. *ibid. N. 9.*
 Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista,
 & non crediderunt illis. *Luc: 24. 11.*
 Et apparuit Simoni. *ibid. 34.*
 Cogitauerunt eum in fractione panis. *ibid. 35.*
 Venit Jesus, & stetit in medio. *Joan: 20. 19.*
 Ostendit eis manus, & latus. *ibid. N. 20.*
 Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non vi-
 derunt & crediderunt. *ibid. N. 29.*
 Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis pec-
 cata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta
 sunt. *ibid. N. 22. 23.*
 Dominus est. *Joan: 21. 7.*
 Pasce oves meas. *N. 17.*
 Et videntes eum adorauerunt. *Math: 28. N. 17.*
 Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris,
 & filij & spiritus Sancti. *N. 19.*
 Docentes ebs servate omnia, quaecumque mandavi
 vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. *N. 20.*
 Illi autem profecti predicauerunt ubique, Domino coo-
 perante, & sermonem confirmante sequentibus signis.
Marci 16. 20.
 Assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei. *N. 19.*
 Et ego mitto promissum Patris in vos. *Luc: 24. 49.*

Jesus ergo die tertia à morte sua, die Dñica & 27.
 Martij, gloriosus è sepulchro resurrexit lapidem
 subtilitatis dote penetrans, quem postea Angeli re-
 volue-

57.

volverunt, & mulieribus Christum resurrexisse nuntiarunt, illæ rursus Apostolis, quibus Petrus & Joannes illico ad sepulchrum cucurrerunt, cum Magdarena, qua sola constans ibi permansit, absentem delectans Dominum, unde & prima meruit sibi Jesum apparere, sub hortulani specie occultatum, quem voce cognovit, alius que declaravit mulieribus, quibus omnibus mox obvius factus est Christus, qui secundo apparuit Petro, 3^o duobus Discipulis euntibus in Castellum Emmaus, 4^o omnibus Apostolis præter Thomam absentem à canaculo, ubi & se palpandum dedit, eis que peccata remittendi tradidit potestatem; 5^o hisdem octavo die, jam Thoma presente, se monstravit, huic que signa vulnerum tangenda præbuit; 6^o apparuit in littore maris Tyberiadis piscantibus Discipulis, & Petro Pontificatum tradidit. 7^o tandem & illis, & aliis fidelibus se manifestavit in monte Galilææ, quem eis jam ante designarat, ibi que Discipulos evangelizare jussit, & baptizare omnes gentes, & doctrinam miraculis confirmare. Demum quadragesimo post Resurrectionem die, sive 5^a Maij. in monte Oliveti docens, & instruens Discipulos, eis que promittens

38. *bens Spiritum Sanctum, data benedictione in caelum ascendit gloriosus, (ut narrat penitentiarius S. Lucas Actorum 10.) sedet que ad dexteram Patris, unde Ecclesiam suam speciali & continua assistentia gubernat, fovet, & ad se trahit.*

Jesus qui crucifixus est, quaritis, dicit Angelus mulieribus, que Jesus sepultum venerant unctura, que utique nos docent, & amorem Dni talia pro nobis passi mutuo amore compensare, & pietatem erga defunctos exercere, eos maxime, qui humanis desituli adjuventis Christo ipsi similiores apparent, inde que compassionis nostre efficiuntur longe digniores.

Surrexit, non est hic, verificans illud Prophete: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanchim tuum videre corruptionem, Quod utique factum est, ut & nos crederemus hoc corruptibile tandem induturum immortalitatem; atque ut ait S. Leo, quo processit gloria Capitis, eo spes vocetur & corporis; hinc & bene Ansbertus: An non stella splendida, & matutina nobis factus est Christus, qui discussis mortalitatis nostre tenebris nova vita fulgens diluculo ab inferis resurrexit?

Ecce

Ecce locus ubi posuerunt eum, quasi diceret ^{59.}
Angelus: si meis verbis non creditis, vacuo credite
sepulchro; ut per inspectionem ocularem, ait Chry-
sostomus, videatis corpus ejus hic non esse sed ex eo re-
surrexisse; sed, ut idem Doctor admonet, *Medius* Homil. de
Joan. Bapt.
inter vos est, quem vos ignoratis, Regnum Dei intra vos
est. Jesum quaeritis in sepulchro. Credite eum resurre-
xisse, & putate in vobis quem quaeritis, Quia ut ait
Gregorius, Qui jam non est hic per praesentiam car-
nis, nusquam nobis deest per praesentiam majesta-
tis.

Apparuit primò Mariae Magdalenae, (primò
nempe ab apparitione facta ipsi Mariae Virgini Ma-
tri, ut ipsa met. S. Brigittae revelavit, & est ita ratio-
ni consonum, ut id potius supponendum statuerint
Evangelistae, quam enarrandum.) Quia, ex Greg. Hom. 29.
in Evang.
Discipulis recedentibus non recedebat, exquirebat que
non inveniebat; unde contigit, ut eum tunc sola videret,
quae remanserat, ut quaereret; si ergo Dominum
constanter quaerimus, eum se nobis revelaturum pro-
certo confidamus.

Et visa sunt ante illos sicut delirium
verba ista, Sic verba salutaria stultis mun-
di amatoribus videntur deliria, cum in illis vera de-
claretur sapientia; quia illis non sapit Deus, sed
mun-

60. mundus, non lucet sol, sed tenebrae obstant; non radiat claritas vitae, ubi mortis umbra, cohabitatur: hinc sequitur, & non crediderunt illis, quia ex vitiorum servitute oritur mentis obscuratio, unde haereses, schismata, & omnis inobedientia dimanant.

Et apparuit simoni: Petro, & Magdalenae prius quam ceteris apparuit Christus, ut affectum monstraret de more erga conversos peccatores, quibus praeter aliis sua viscera aperit Clementiae, ne criminum suorum memores in desperationis barathrum precipitentur, sed potius dulcissimi Patris amplexus accipiant, & tanta misericordia convicti, a relapsu toto caratu absterneant.

Cognoverunt eum in fractione panis, qui utique Eucharisticus erat, seu à Christo in suum Corpus conversus, ut fert verior sententia apud I. 9. c. 3. Sylveram, ubi S. Augustinus hospitalitatem commendans sic habet: Tene hospitem, si vis agnoscere Salvatorem; quod tulerat infidelitas, reddidit hospitalitas. Dominus enim presentavit se ipsum in fractione panis; & alibi: in fractione panis securi sumus; panem frangimus, & Deum agnoscimus; noluit agnosci nisi ibi, & propter nos, qui non eum

Ser: 40.
de Temp:

Ser: 140.
de Temp:

61.
non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi ejus carnem,

Venit Jesus, & stetit in medio, ut omnibus Discipulis adstantibus esset conspicuus, atque, ut Carthusianus ait, melius ab omnibus videretur, & audiretur, seque monstraret esse eundem, qui ante Passionem in medio eorum consistere solitus erat; stetit vero, sessionem declinans, & quidquid tarditatem redolet, uti docet Evangelicum Praecone ad discurrendum semper paratum esse Spiritus Sancti afflatum gratia, quae tarda nescit molimina

ostendit eis manus, & latus, deditque palpanda vulnera, ne Dubitationi locus ullis daretur, aut tam gloriosae passionis signa unquam occultarentur, atque, ex Cypriano, ut semper reservata in corpore plaga salutis humana exigant pretium, & obedientiae donationem requirant; sicque adhuc Patri pro nobis supplicans, quae gentis mortis pro mortali villa perhilerit, semper ostendat, ait Beda.

Quia vidisti me Thomae, credidisti, dixit Jesus non tam incredulitatem Apostoli exprobrans, quam posterorū fidem stabiliens; atque ut Thomas incredulitatis suae culpam magnitudine professionis pensavit, dum pri-

Serm: de
Bapt: Christi.

mis

62. mus Christum expresse Deum confessus est, ut no-
tat Cajetanus, sic nos ab omni infidelitate ex il-
lius culpa præcauti, firmam, quam post docuit
fidem, constanter sectemur, & fortiter, ubi expediat,
palam profiteamur ~

Beati, qui non viderunt, &
crediderunt, quia perfecti fides ibi majus habet
meritum, ubi humana ratio non præbet experi-
mentum, ait S. Greg: Sed verò non id dixit Do-
minus (ut rectè advertebat Theophylactus) privans
Thomam beatitudine, sed in non videntium solati-
um, significans, quòd beatius sit non vidisse, sed
pro sola dicentis auctoritate credidisse ~

Accipite
Spiritus Sanctum, quorum remisistis &c, quæ
dixit Jesus insufflans in eos, sic quæ terrenum ab
eis affectum velut pulverem excutens, & Spiritus
Sancti dona infundens ad usum rectum ejus, quam
illis tradebat, potestatis. Dedit potestatem remitten-
di peccata, inquit Chrysostomus, qui insufflatis
sua infudit ipsum cordibus eorum, & largitus
est remissorem ~

Dominus est, dixit Joannes
aliis qui Jesum in litere apparentem non agno-
verunt

63.
verant, Primus, qui diligitur, videt, ait Chrysologus. ser: 78.
quia semper amoris oculus acutius intueitur, & ut
notat S. Vincentius Ferrerius, quia Joannes inter ser: in Fer: 4.
Pascha
alios habebat illam excellentiam, quod erat virgo
purissimus, ideo pro aliis habebat oculos anima
clariore; hæc castitatis præstantia, quæ & mer-
itis oculos veritati cognoscendæ reddit aptiores, qua
deficiente, mens caligat, & in profundum malorum
destruditur.

Pasce oves meas, quibus Christus Petro
summum tradidit Pontificatum, hunc denotans
boni Pastoris more exercendum, omnes quæ respec-
tive Prælaturas: textum verò sic commentatur S.
Augustinus: Pasce oves meas; sicut oves meas pas-
ce, non sicut tuas; gloriam meam in eis quære non
tuam; dominium meum, non tuum, & alibi: in uno ser: 24.
de Sanctis.
Petro, inquit, figurabatur unitas omnium pasto-
rum, sed bonorum, qui sciunt, oves Christi pas-
cere Christo, non sibi.

Et videntes eum, adorave-
runt, etsi quidam dubitaverint, ut sequitur in tex-
tu, verum & eorum dubitatio nostram lauxit fidem,
ut loquitur S. Hieronimus, sed & modo Adoratio nos-
trum accendat reverentem amorem, ut tandem non
pu-

64. pudeat opera pietatis, ac religionis exercere, & fidei mysteria palam profiteri, quae Dominus tot sui manifestationibus ex tunc dignatus est palpabilia reddere.

Docete omnes gentes baptizantes eos, omnes edocendos tradit Apostolis, qui omnes redemerat, ut tanta fructu redemptionis nullus privaretur defectu predicationis, & per aquam regenerationis, quia, ut bellus Leo magnus, ¹ factus est homo nostri generis, ut nos divina nature possimus esse cōsortes. Originem quam sumpsit in utero Virginis, posuit in fonte baptismatis. Dedit aquae, quod dedit Mari, virtus enim Altissimi, & obumbratio Spiritus Sancti, quae fecit, ut Maria pareret Salvatorem, eadem fecit, ut regeneret unda credentem.

Serm. 4.
de Mativib.

lib. 1. de
Trinit.

in 1. dist.
24.

l. 7. etym.
capi 4.

In nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti; his primū verbis Augustino teste Trinitatis mysterium Christus modo manifestat, quod obscurioribus solum signis in lege veteri silerat indicatum: nunc verō & in singulari nomine unitas, & in personarum enumeratione declaratur Trinitas; quare S. Bonaventura dixit: Trinitas vocatur quasi ter unitas vel trium unitas; & ut Isidorus habet, Triu-
nitas

-ritas, ut memoria, intelligentia & voluntas, in ^{65.}
quibus mens habet in se quamdam imaginem
Divinae Trinitatis: nam cum tria sint, unum sunt,
Hucusque S. Isidorus ~

Docentes eos servare omnia
quaecumque mandavi vobis, : quasi diceret: quos sa-
cro regeneratis Sacramento, mea doctrina imbuite, ne
quod eis fides tribuerit, prava auferant opera: ubi
merito acclamat Hieronymus: Ordo pulcherrimus:
jussit Apostolis, ut primum docerent universas gen-
tes, deinde ut fidei intingerent Sacramento; & post
fidem, ac Baptisma, quae essent observanda praeci-
perent: sed nota illud omnia; non enim sufficit ser-
vare aliqua, sed singula mandata ad justificatio-
nem; nam, qui offendit in uno, fit omnium reus,
ex Jacobi 2. 10. ~

Et ecce ego vobiscum sum omni-
bus diebus, &c. hocque & praesentia corporali in
venerabili Eucharistia Sacramento, ubi opem & au-
xilium ad perseverantiam, viam quoque & viati-
cum reliquit ad gloriam; ut jam, hortante Prope-
ro, de nostra infirmitate non trepidemus, sed de eius
potestate confidamus, qui nos in opere non derelin-
quet, praestiturus, ut nulla saevientium crudelitate
superemur ~
illi

L. 2. de Vocat.
gent: c. 1.

illi autem profecti prædicaverunt ubique, obedi-
 dentes Domini mandato: ubi pie sic advertit Gal-
 in Allegor. Fridus dicens: Considerandum quos, & quo miserit
 Testam. (Christus) parvulos mittebat pauperes, nec fuit qui
 Exod. 4. 10. diceret cum Moysæ, quod lingua esset impedimento;
 in universum mundum mittit eos, qui vix unam no-
 verant regionem, nec tamen fuit dicere illis cum Aba-
 Daniel. 14. cuc: Babyloniā non vidi, & lacum nescio, sed pro-
 N. 54. fecti absque excusatione, prædicaverunt ubique.

cooperante, & sermonem confirmante sequenti-
 signis, quæ teste Gregorio necessaria in exordio
 in Evang. Ecclesie erant, quia, inquit, ut ad fidem cresceret
 multitudo credentium miraculis fuerat nutrienda,
 Dominus utique semper cooperatur bene operanti-
 bus, ex qua semina veribus opera rose gratiæ ir-
 rigans, ut dato incremento perfecta metamus de-
 nuo in ejus horreum congreganda.

Assumptus
 est in cælum, & sedet à dextris Dei, humanam qu-
 am Christus suscipere dignatus est naturam glorifi-
 cans, & ad Patris dexteram collocans; sic que ex Regio
 Ps. 67. vate ascendens in altum captivam duxit captivita-
 tem antiquos Patres de carcere liberans & spem nobis
 ingerens firmissimam, factus advocatus apud Patre,
 in-

interim que dedit dona hominibus, ut loquatur ^{67.}
Apostolus, seu auxilia gratiæ, quibus omnes possent ^{Ephes: 4.8.}
tandem cum ipso regnare.

Et ego mitto promissum
Patris mei in vos, Sanctum nempe Spiritum Pa-
raclitum, Consolatorem, & omnium largitorem bo-
norum; & quidem, ut bene Gregorius: Nisi Spiritus S. ^{Hom: 3.}
cordi adsit audientis, otiosus est sermo Doctoris, & ^{in Evang.}
Anastasius Sinaita, Lumen divini vultus, Spiritus S. ^{Lib: 1. de}
recta via sanctos deducens; & S. Athanasius: Ipse ^{recta fide}
spiritus S. sigillum est, in quo omnia sigillat Deus, ^{Epist: ad}
^{Seraph:}

Atque
his, quæ de Vita Christi Dñi attingere decrevimus
terminanda statuimus, ut ut merum, nobis adaplan-
tes Compendiolum, ex iis quæ fusi & prodignitate
ampliarunt Sacri Interpretes, Docti ve Commenta-
tores, apud quos, ubi suppetant, nobis videnda relin-
quimus, quæ & transcribere longum prorsus & in-
utile, meliorare verò nobis impossibile considera-
mus; hæc unice pauca modò excerptes, ut, ubi
illorum defuerint volumina, non omnia desint
oracula, adeò conducentia ad animarum salu-
tem verbo procurandam, & adhortationē ad
vitiā extirpanda, sectandasque virtutes. Cap:

Caput II.

Maria Virgo Deipara.

Secundam dignitatis ordine Personam novi Testamenti nunc suscipimus contemplādam: ipsa nobis eam conferat gratiam, quā id dignē exequi valeamus, ut primò nos ipsi eam quo tenemur amore prosequamur, dein in omnes debitam infundamus pietatem, in eā ipsam, quæ & simul Dei Mater est, & gratiæ, & perquam ipse Deus bona omnia nos habere voluit. Pauca de more, sed quæ videbuntur selectiora illius ope, fultū dabimus.

S. I. Mariæ Conceptio, Nativitas, et Nomen

Textus (nunc admodum p̄fici, sed multis mysteriis referti super subjectam materiam invenimus in sacra Historia)

Liber Generationis Jesu Christi filij David filij Abraham; Abraham genuit Isaac. Matth: c. 1. v. 1. 2.

Mariæ, de qua natus est Jesus. ibid: v. 16.

Ave gratia plena, Dñus tecum, benedicta tu in mulieribus. Luc: c. 1. v. 28.

Invenisti gratiam apud Deum. ibid: v. 30.

Exultavit Spiritus meus in Deo. v. 47.

Maria, Virgo, & Dei Mater futura, ab Ange-
lo Matri diutius sterili prænuntiata, concipitur
die 8 decembris anno ante Christi Conceptionem
15^o concepta est autem absque peccato originali,
cujus nec debitum proximam contraxit, ut loqu-
untur Scholastici. Parentes habuit Joachim Ma-
zarenum, & Annam Bethlehemiidem, utrumque
de Tribu Juda, stirpe que regia Davidica, illum
per Nathan, hanc per Salomonem. Nascitur 8
Septembris sequentis, & post dies octo illi nomen
Maria imponitur, ei que Gabriel Archangelus
assignatur in custodem, ut cum Hieronimo cen-
sent aliqui; mox eam in templum detulit Mater ^{de ortu}
juxta Purificationis legem, unde secum iterum ^{Maria}
reduxit in Nazareth, ubi eam feliciter pepererat,
lactandam, & educandam. Liber generationis Iesu-
christi, vel in hoc Sacri Evangelij principio Dei-
pare Conceptionem adumbratam piè contempla-
tur Doctores: sic Richardus à S. Saur: Maria li-
ber scriptus erat indelebiter digito Dei, qui est ^{Serm: 2.}
spiritus Sanctus, : S. Joan: Damascenus: Maria li- ^{de Nat: 7.}
ber

70. ber est, in quo Dei Verbum ineffabiliter scriptū,
& sane Liber iste disponendus erat ad eum inscri-
bendum, qui post de se testaretur: Ego sum Alpha
Apoc: 1. 8. & Omega; & bellè Liber dicitur, quæ Verbi Ma-
ter concipitur futura; sed Liber absque macula,
ut tantum recepturus Verbum: Hinc iterum Da-
Orat: 1. de mascenus ait: Librum novum condidit Dei lingua
Mativ: 11. spiritu tanquam calamo conscribendum;

Liber

Generationis Jesu Christi est etiā proprie Maria
in Conceptione, unde *Andreas* ^{*Cretensis*} eam sic salutat:
Orat: 2. de Tu es Liber verè vivus ejus, qui in te fuit ins-
Dormitione criptus Verbi paterni, vivifico calamo spiritūs,
sed & proprius Liber est spiritualiter descenden-
tium à Christo, quia Liber vitæ est, & prædesti-
natorum, in quo omnis scientia continetur,
quæ pertinet ad salutem, ait cit: *Richardus*
Ecl: 24 unde & ipsamet Virgo dixit: in me omnis spes
24 vitæ, & virtutis; & paulò post: qui elucidant
me, vitam æternam habebunt;

Filij David, filij

Abraham, Hic clariùs Mariæ adumbratur
Conceptio immaculata, ubi filij ejus progenito-
rum series texitur Adamo innominato, quia
ut

ut pulchrè Damianus, Caro Virginis, inquit, ex ^{71.}
Adam sumpta, maculas Adæ non amisit, quia ^{Serm: de}
utique non suscepit, sed singularis continentie pu- ^{Assumpt: 7.}
ritas in candorem lucis æternæ conversa est, & ut
ipsa Virgo testatur: Ego ex ore Altissimi prodivi ^{Ecl: 24-9.}
primogenita ante omnem creaturam, ut quæ
patrem solum Deum impeccabilem agnosceret,
nec in carnali generatione culpam Patrem
fas erat declarare, cujus culpam nec audire per-
mittitur iuxta illud Tertulliani: Illa quæ verè est ^{Sib: de}
sancta, quæ pudica, carebit etiam atrium macu- ^{Pudic: c. 1.}
la

Abraham genuit Isaac; quæ generatio in
hac serie primò locanda erat, ubi Maria nomina-
da, cujus extrema in Conceptione, seu 1^o esse puritas
statim innuerehatur in Abrahamo, qui hominum prior
circumcisæ carnis sanguine divinum cultum fue-
rat protestatus; ac illico in Isaac (interpretatur
Risus) maxima de eadem Conceptione suborta
mundo letitia exprimeretur, ut canit Ecclesia: Con- ^{in Brev:}
ceptio hæc, Dei genitricis Virgo, gaudium annu- ^{Rom: 8: Dec.}
tiavit universo mundo, &
Maria de qua natus est
Jesus: ex hoc unico congruentissima efformantur
om-

72. omnes rationes pro Conceptione immaculata: hanc enim gratiam Deum potuisse concedere, nemo negabit, qui Deum Supremum fateatur Dominum;

L. 6. Quæst. Anagogic. Jam ergo, ait Anastasius Sinaita: Quis aut ex hominibus, aut ex demonibus audebit dicere, quod ea, quæ est ejusdem simul cum Deo essentia, quo ad carnem atinet, non sit ad similitudinem ejus, qui ex ipsa natus est?

Ser. 20. ad 77. in Eremo. Quare Augustinus ait: Maria sanctitate in utero repleta, ut de mundissima matre mundissimus filius nasceretur, & alibi clarè intulit: Quantum Christi potestas possit, mundi ostendit universitas; quantum gratia, Maria monstrat integritas.

Hinc etiam salutatur ab Angelo gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus; quarum certè excellentiarum plenitudinem satisficere vel minima in replenda fundo macula sed à pluribus argumentis abstinendum censemus pro confirmando mysterio nobis adeo certo, & super quo controvertere omnino Sancta ¹⁰²⁰ prohibuit Ecclesia cujus que ad mortem usque defensores jurè appellandos Martyres tenent Theologorum turba devotior.

Invenisti gratiam apud Deum, de nascente

te Maria modò intellige, quæ multo occurrit 73.
gratiam in sua Nativitate invenit, quæ se in Con-
ceptione invenerat; vel etiam, quia oriens eam quæ
ab initio receperat gratia plenitudinem, Deo vnicè
referendam monstrabat, quæ jam ascendeat per
desertum hujus mundi, sicut virgula sumi, suavè Cant: 3.
gratiarum mixturam in altum emittens

Exultavit
spiritus meus in Deo; propriissimè exultavit cum
nascereetur Maria, exultans quoque ut gigas ad vi- Ps: 118. 6.
am currendam, quæ de summo celo egressa erat
ex ore Altissimi prodiens; atque ex tunc, teste Au-
gustino Victorino, cum se in salutari suo asseruit exul- lib: 4.
in Luc:
tare, gustum se internæ dulcedinis percepisse os-
tendit; exultavit autem & mundis totis ad or-
tum Mariae, ut bene idem Hugo advertit dicens:
sicut aurora finis est præteritæ noctis, & initium
sequentis diei; sic ipsa Virgo mundo oriens finis
dolorum, & consolationis initium; & S. Laur: just:
in ortu ejus letati sunt celi, decantaverunt Angeli
laudes Deo, promulgata est pax, humana specie i-
cepit aboleri opprobrium; atque fugatis tenebris, quæ
totum occupaverunt orbem, radios suos rutilans aurora
persudit; Et

Et nomen Virginis Mariae, à Deo usque dabit
 ab Angelo parentibus annuntiatum, & pluribus in
 lege veteri praefiguratum; nunc quoque multis ac
 ipsius modis interpretatum; sed tantum Mare non va-
 lentes ingredi, audiamus saltem Divum Epiphanium:
 Mariam, inquit, interpretari solemus Dominam, at-
 que etiam spem; peperit enim Dñm, qui est spes
 totius mundi: unde ipsa dicit: Ego mater pulchrae
 dilectionis, & timoris, & dignitatis, & sanctae spei;
 Doctus quae Sdiota ait: Tantae virtutis & excellen-
 tia est tuum Sanctissimum nomen: Beatissima Virgo,
 quod ad invocationem ipsius caelum ridet, terra le-
 tatur, Angeli congaudent, daemones contremiscunt,
 infernus conturbatur, ~

de Contempl:
 Mariae. 65.

Ser: 142.

Ne timeas, Maria, quasi di-
 ceret Angelus: ne timeas cum voceris Maria, omne
 enim haec vox expellit timorem, hinc Chrysologus,
 Ante causam (ait) dignitas Virginis annuntiat ex
 nomine: Maria hebraeo sermone, latine Dña nuncu-
 patur; vocat ergo Angelus Dñam, ut Dominatoris
 genitricem trepidatio deserat servitutis, & Cajetanus:
 Mariae nomen proprium adjicit, ad majorem pro-
 pulsationem timoris, & fiduciam habendam, sed
 & vanam omnem a nobis arceat formidinem, quia
 ut

ut habet Alcuinus: in nomine ejus cunctus est
armorum apparatus... cujus (nominis) invocatio
omnibus adversariis nostris semper est terrori, &

75.
Serm: de
Nativ:

S. II. Mariæ Presentatio, Desponsatio, & Annuntiatio.

Textus: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vo-
cabunt nomen eius Emmanuel, Matth: 1. 23.
Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc: 11. 28.
Cum esset desponsata. Matth: 1. 18.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. Luc: 1. 26.

Ad Virginem desponsatam viro. Ibid: 27.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. 34.

Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obum-
brabit tibi. 34.

Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum
hunc. 38.

Cum Maria tertium jam expleset suæ ætatis an-
num, à parentibus ducta est Ierosolymam, ibi
que presentata in templo, ac Deo dicata die 21.
Novembris, ut cum aliis virginibus ministraret, &
educaretur: hic ea omnia quæ eam decebant mune-
ra didicit, & mira dexteritate exercuit, Virginita-
tem prima omnium vovit, singularum que ita
perfectè exercebat acris virtutum, ut & ipsi sacer-
dotibus admirationi, & sociis esset imitationis stimu-
lo; frequens erat in sacris Scriphuris legendis, me-
ditandis, earumque mysteriis ex cælesti intelligentia
con-

76. contemplandis, vera omnibus effecta forma virtu-
tis, & speculum sanctitatis, cum ecce undecennis
parentibus orbatur unigenita, quam ideo Sa-
cerdotes desponsare tentarunt, sed prædictum
objicientem votum sorte divina, electo despon-
sarunt Josepho castè custodiendam, potius dixe-
rim admirandam, venerandam, & colendam.
Desponsata jam Nazareth rediit, & in domo si-
bi à parentibus relicta cum sponso habitavit,
cum deica, tempore à Deo prædefinito adveni-
ente, Missus Gabriel Angelus illi sacrum Incar-
nationis mysterium annuntiat in ea complendū.
tum Virgo præ humilitate turbata est, & prudenti
ab Angelo interrogatione, quasi vit, quo id pacto
esset exequendum, totum que mysterium edocta,
obediens simul, & humilis, consensit, dicens: Ecce an-
cilla Dñi, fiat mihi secundum verbum tuum; qui-
bus illico prolatis Verbum æternum de Spiritu s^{to}
concepit, Dei Mater constituta, celi, ac terræ Re-
gina.

Ecce Virgo, jam ut presentatur Maria
in templo, & reliquis virginibus exemplar de-
monstratur videntium, & prosequendum; verè
ex hunc fuit promissæ salutis pignus, ut eam ap-
pel-

pellat Damascenus; quia profecto inde sibi ^{77.}
totam rapuerat Spiritus Sanctus, & celestibus in- ^{orat: de}
signiuerat ornamentis (ait Bernardus) iam con- ^{de Nat: 7.}
secrata erat in loco voluptatis, de quo, fons ille de- ^{Serm: 2}
bebat ascendere, qui universam terra superficiem ^{de Nat: 7mi.}
irrigaret.

In utero habebit, & pariet filium, & vo-
cabitur nomen ejus Emmanuel; quod totum, & tan-
tum suo modo promeruit ex templo Maria, Dei au-
xiliis ineffabilibus praeventa, Qui Matrem (dicit S- ^{Hom: 2}
Bernardus) suam singulari in caelestibus donaturus ^{sup: Missus}
gloria, singulari in terris praevenire curavit & gra-
tia, qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet,
& pareret incorrupta.

Beati qui audiunt verbum Dei,
& custodiunt illud; quam beatitudinis causam com-
pletissime posuit in templo Maria, ubi & lectione
Scripturarum, & meditatione, imò & de caelo revela-
tione sublimiter audiebat & intelligebat verbum Dei,
quod & abundantissime custodiebat virtutum omnium
exercitio superexcellenti; ut optime ex tunc dici pos-
sit, cum Hieronimo, fuisse Hortum deliciarum, ^{Serm: de}
in quo consita omnium florum genera, & odora- ^{Assumpt:}
menta virtutum.

Cum

78. Cum esset desponsata, ut in omni statu
prælueret Maria cunctis posteris, & quæ virgini-
bus solutis fuerat in templo ^{immutanda} formæ virtutis, nunc
conjugalis evaderet demirandum exemplar conti-
nentiæ, & puritatis: Quomodo (ait Rupertus) vel in
quo conjugati fuerunt, Maria & Joseph? nimirum
in eo, quod unus spiritus, & una fides erat in eis...

In cap: 1.
Math:

Ser: de
Nat: Virg:

Spiritus S. amoris conjugalis. Gerson ve-
ro ait: ^{sicut} Decuit, ut Virgo summa puritate nitèret,
sic decuit, ut haberet suo modo parem sponsum
purissimum, qui cum perpetua Virgine Virgo per-
maneret.

Missus est Angelus Gabriel à Deo; qua-
re Angelus? Quia (inquit Chrysologus) semper
Angelis est cognata virginitas: in carne præter
carnem vivere, non terrena vita est, sed cælestis;

Ser: 3. de
Annunt:

Greg: Thaumaturgus: Missus est servus incorporeus
ad virginem immaculatam, missus est à peccato
liber, ad corruptionis seu labis expetentem... Angelus
cum virgine loquitur, ut non amplius cum mulie-
re serpens loqueretur: Quare Gabriel; quia, ut
interpretatur fortitudo Dei, summum Angelum.

Hom: 34.
in Evang:

Dicit Gregorius, venire dignum fuerat, qui summum
omnium nuntiabat, & Proclus: Gabriel idem

Hom: de
Nat: Dñi.
to: 6. Conc: Ephes:

sonat, quod Deus-homo, quò dispensationis myste-^{79.}
rium facilius persuadeat, rei miraculum nominis
ratione anticipat,

Ad virginem desponsatam viro,
cujus causam multiplicem assignant Patres, ut
propter famam ipsius Virginis ex Ambrosio dicente l. 2. in Luc.
Maluit Dñs aliquos de sui ortu, quam Mariis pudore
dubitare. Altera causa, ait Hugo Card: ne factis
virginibus daretur occasio excusandi de infamia dicen-
do, quod Mater Christi infamata fuerit, vel ut Atha-
nadius: Gabriel legatur ad virginem desponsatam vi-
ro, ut ex sponso ostenderet Mariam verè hominem esse,
vel tandem, dicente Alberto Magno, Ut Matris dig-
nitas humilitati societur: ut quanto major sit in
omnibus, tanto fiat humilior, ut sit Mater Dei, &
uxor fabri,

Quomodo fiet istud, interrogat Virgo
turbata ad sermonem Angeli, quia in ejus ingres-
su, ait Chrysologus, sensit Divinitatis ingressum, Ser. 142.
& 143.
sensit in se supremum judicem suscipi; vel, ut bene p. 3. q. 30.
Art. 3.
S. Thomas notat, non turbata est in visione Ange-
li, sed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo di-
cebantur, quia de se non tam magnificè cogitabat;
unde evangelista non dicit, quod turbata fuerit in
vi-

80. visione Angeli, sed in sermone. Hic quoque S. Bo-
naventura tripliciter commendabilem Mariam con-
templatur, in auditu scilicet, affectu, & cogitatu. In au-
ditu commendatur modestia, & silentium juxta illud
Ecc. v. audi tacens. In affectu commendatur cum dicitur:
Turbata est, scilicet ex verecundia; Decet enim,
ex Bedae, trepidare virginem. In cogitatu laudatur,
cum dicitur: Et cogitabat qualis esset ista salutiatio;
& haec est magna prudentia Sap. 6. cogitare de illa;
juxta illud Danielis 4. v. 16. cepit intra semet ipsum
quasi una hora cogitare. Hucusque Seraphicus

Quo-
niam virum non cognosco, addidit Maria, etiam
Dei maternitatem reverenter recusans pro virgini-
tatis ^{constantia} ~~constantia~~: sed verius haec omnia respondit Ma-
ria, non ignorans sibi abs dubio praemonstratum in
oculto mysterium, verum, ut bene Albertus magnus
Quod Maria dixit: Quoniam virum non cognosco,
propter materiae plenioris descriptionem, propter
veritatis majorem expressionem, ac denique prop-
ter nostram aedificationem; unde Chrysostomus
Hem: 49. ait: Quoniam virum non cognosco: nam si cog-
nosceres non fuisses habita digna, ut huic mys-
terio servires. Spiritus sanctus superveniet in
te

Super
Marius.

Super
Marius.

Hem: 49.
in Gen:

te.) Hic melliflè notat Bernardus: Non dixit: ve-
niet in te, sed addidit, super, quia & prius quidem in ^{Mem. 4}
ea fuit per multam gratiam; sed nunc supervenire ^{sup: Misus}
nuntiatur propter abundantioris gratiæ plenitudinem,
quam effusus est super illam; hinc Mariam allo-
quens Amadeus sic habet: In alios sanctos venit Spi- ^{Hom: 3. de}
ritus Sanctus, sed in te supervenit, quia præ omnibus ^{Incarnat:}
& super omnes elegit te, ut superes universos, qui an-
te fuerunt, vel post te futuri sunt plenitudine gratiæ,

^{Et}
virtus Altissimi obumbrabit tibi; quibus Angelus
specialim, & directè respondit, ad illa Mariæ verba: Vi-
rum non cognosco, confirmans, nec viri cognitione o-
pus esse, ubi virtus Omnipotentis erat mysterium opera-
tura, qua virgines facit. Opportunè exclamat Damas- ^{Orat: 1. de}
cenus: O Maria, arx Sina sanctior, quam non fumus, ^{Mativ: 2.}
non caligo, non procelloæ contegit, verum illuminan-
di vim habens Spiritus sancti splendor; illic enim Dei
verbum, tanquam Dei spiritu, legem saxeis tabulis
inscribebat; hic autem ex Spiritu sancto, ac Virginis
sanguine Verbum ipsum incarnatum, se que na-
turæ nostræ concessit.

Ecce ancilla Domini; Humi-
litem hic demonstrat Maria, profundissimam, cum
post auditas turbatè laudes suam tantas ac tales, ubi
post-

82. postremo se Dei Matrem futuram intelligit, Domini
profitetur ancillam; et si enim vel famulari Deo verè
regnare sit, quia tamen nulla abjectior invenitur Servitu-
tis conditione, hanc sibi appropriat, dum ad supremam
erigitur dignitatem possibilem. Quæ est ista, inquit
Bernardus, tam sublimis humilitas, quæ honori cedere
nescit, insolescere gloriâ non novit. Dei Mater eligitur,
& ancillam se nominat! Non magnum est, humilem
esse in abiectione; magna verò prorsus, & rara virtus
humilitas honoratâ.)

Hom: 4.
sup: Missis.

Fiat mihi secundum verbum
tuum; quibus Maria Angelicæ annuntiationi præ-
buit consensum, ex tunc quæ nostræ Redemptionis & re-
parationis existit instrumentum, quo mediante Verbum
Patris incarnatum est pro nobis: hinc illud salutare

supra.

FIAT. sic interpretatur Bernardus: Fiat mihi de
Verbo secundum verbum tuum, fiat caro de carne
mea... fiat mihi non tantum audibile auribus, sed
visibile oculis, palpabile manibus... Fiat, non ima-
ginatorie somnium, sed silenter inspiratum, per-
sonaliter incarnatum, corporaliter in visceratum.)
Unde, ut credo (ait S. Bernardinus) ad illam abyssum
imperscrutabilem omnium charismatum Spiritus san-
cti, quæ in B. Virginem descenderunt in hora divina
conceptionis, intellectus humanus vel angelicus nun-
quam potuerunt attingere.)

S. III.

S. III. Mariæ Visitatio, Partus, ^{83.}
& Purificatio.

Textus: Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione. Luca 1. v. 39.

Intrauit in domum Zachariae, & salutauit Elizabeth. v. 40.

Exultauit infans in utero eius, & repleta est Spiritu sancto Elizabeth. v. 41.

Et vnde hoc mihi, ut veniat Mater Dñi mei ad me! v. 43.

Magnificat anima mea Dñum. v. 46.

Et hoc beatam me dicent omnes generationes. v. 48.

Et peperit filium suum primogenitum. Luca 2. v. 7.

Et inuenerunt Mariam, & Joseph, & infantem. v. 16.

Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo. v. 19.

Inuenerunt puerum cum Maria Matre eius. Matth. 2. v. 11.

Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi. Luca 2. v. 22.

Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Dñi, per turturum, aut duos pullos columbarum. v. 24.

Dixit ad Mariam Matrem eius. v. 33.

Tuam ipsius animam pertransibit gladius. v. 35.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem Dñi, reversi sunt. v. 39.

Peracto jam ineffabili divinæ Incarnationis mysterio in virginali Mariæ utero, ipsa, ut charitate simul & humilitate plena, iter aggreditur per montana, ut suam visitaret cognatam Elizabeth in utero quoque sex ab hinc mensibus gestantem Domini Precursorem. Igitur ingressa domum Zachariae salutauit Elizabetham prior, & illico Ioannes exultauit in Matris utero, & sanctificatus est; Elizabeth autem inde repleta Spiritu sancto resalutauit Mariam,
&

84. & laudavit Dei Matrem, quæ denuò humillima re-
posuit suum mirabile Canticum Magnificat; cum
que apud Elizabeth tres menses fuisset commorata,
domum suam in Nazareth est reversa. Hic dubium
illud passus est S. Joseph (de quo sub ejus Titulo) quod
& Maria compassa, humilis & Deo obediens sacra-
mentum à sponso occultabat, donec divino moni-
tu edoculus Joseph, eam debita veneratione duxit
in Bethlehém Judæ, ut cum ea profiteretur jux-
ta Octaviani Cesaris edictum: ibi cum eis non
esset locus in ullo diversorio, prope muros vr-
bis manserunt in vili quodam stabulo, ubi jam
expleto tempore, peperit Maria, suum & Dei v-
nigenitum, quem deosculatum & adoratum pan-
nis vilibus sed mundis involvit, ac in præsepio
reclinavit: ibidem octavo die, etsi Matre do-
lente circumcisus est puer à S. Josepho, ut esti-
mat S. Bernardus, ei que Dei jussu impositum
nomen JESUS. inter quæ omnia, uti in adora-
tione Pastorum, & Magorum, Maria in tot
mysteriorum altissima contemplatione perse-
verabat, Transactis demum à partu diebus
quadraginta, accipiens Maria sacrum Puerum
abiit Jerosolymam, ut eum sisteret Dño, exple-
ret que, etsi non adstricta, legem Purificationis,
cum

Ser. de
Circumc.

cum que essent in templo, Simeon accipiens Je-⁸⁵
sum in ulnas suas, pium suum cecinit Canticū
Nunc dimittis, Anna que Prophetissa Dei laudes
acclamavit, collatante his omnibus Dei Matre, cui
tandem Sanctus Senex Divinum restituens Puerum,
prænuñtiavit dolorosa, tum ex Filii Passione, tum
ex plurimum erga tantum Redemptorem ingrati-
tudinē. *Et* Hinc, oblati juxta legem muneribus, *egre-*
ssa egressa est cum Filio Maria

Exurgens Maria abi-
it in montana cum festinatione, ubi & nota Mariā
almo facti gravidam ascendere, & festinare, quia, qui
Deum in corde gerit, tum paratior efficitur ab sublimia,
tum non patitur tarda pigritiæ molimina, sed chari-
tatis accensus fervore festinat ad perfectiora. Exurge-
re dicitur, inquit Dionysius Carth., à loco orationis, à
quiete contemplationis, ab habitaculo mansionis, quia
ait Cassiodorus, omnia tempus habent; tempus contē- in Cant: 2-10.
plationis, & tempus actionis. Agnosce hic cum Bernar-
do, commendari vicissitudines sanctæ quietis, & neces- Ser: 99.
in Cant:
sariæ actionis, ubi officii & operis cogentior viget,
instanthor que utilitas, festinabat que modestè Ma-
ria, quia semper uberiores fructus habet accelerata
devotio, ex Ambrosio l. 1. de laim
c. 9.

Intravit in domum Zachariae,
&

86. & salutavit Elizabeth; salutavit autem, non solum optando, sed ipsam salutem asportando, dicit s. Bonaventura, & quidem, ut Beatus notat Gregorius, Mysteria, quae in hac sacra Visitatione peracta sunt, in tota aeternitate celebrari satis, & exhaustiri cogitatione & sapientia omnium creaturarum nequeunt; Sed cuncta respirant Mariae charitatem, & humilitatem, quae nec montium asperitas, nec itineris prolixitas ab intento charitatis officio retardavit, nec propria celsitudo à ministratu contumit; superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur. Maria utique, inquit filii non venit ministrari, sed ministrare; Nec solum venit, ait Ambrosius, sed prior salutavit: Decebat enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit; noverit deferre senioribus, sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis.

Hom: de
Visitat:

apud Ala-
vide hic.

S. Leo
Ser: 10.
de Nativ:

Ser: 1. de
Assumpt:

Epist: ad
Galatam

Exultavit infans in utero
ejus, Joannes scilicet in utero Matris suae Elizabeth,
Exultavit nondum editus puer, ut genitricem Dñi
signo clausae exultationis ostenderet; Exultavit
quidem in gremio, quia, ait Bernardus, Parvuli
nec dum nati anima liquefacta est, ut Maria locu-
ta est. Joannes enim (sicut Hieronymus) audiebat
verba Dñi per os Virginis personantis, & de utero
matris in occursum ejus gestabat erumpere.

Et

Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, ubi belle ^{87.}
notat Thaumaturgus: Vox igitur Mariæ efficax fuit, ^{Ser: 2 de}
& spiritu sancto replevit Elizabeth, ac veluti ex perenni ^{Annuntiat.}
quodam fonte, instrumento lingue, flumen charismatum
per Prophetam cognatæ suæ emisit; unde ~~Bernhardus~~
dixit hic, Matres gratiam loquuntur,
filii in his operantur, pietatisque mysterium maternis
adoriuntur profectibus, & Guericus Abbas ait: Qui ^{Ser: 1 de}
Propheta, & plusquam propheta futurus erat, paren- ^{Mat: joan.}
tes quoque suos prophetas faciebat, & in eos, qui in
se transuderant carnis substantiam, spiritus sui, &
gratiæ superabundantiam refundebat.

Et unde hoc
mihi, ut veniat Mater Dñi mei ad me, Mariæ vi-
sitantis humilitas humilem quoque excitavit Eli-
zabeth visitatæ admirationem, & sui abjectam
cognitionem, & propheticam Mariæ dignitatis ac-
clamationem; ac sermè iisdem verbis, quibus postea
Joannes filius ad Christum, ut notat Nilus Bostrensis
dicens: Ut ille enim indignum se pronuntiat qui
Christo proximè assisteret; ita hæc quoque de pa-
ræ Virginis presentia indignam se pronuntiat, &
Magnificat anima mea Dñum, reponit Maria se lau-
danti

88. danti, tota per hoc suave Canticum in reddendis
Deo gratiarum actionibus pro universis tam sibi
quam toti humano generi collatis: hinc Bernardus
Demirans ait: Magna quidem præconia (Eli-
zabethæ nempe ad Mariam) sed debita humilitas
nihil sibi passa retinere, in eum magis universa
restitit, cujus in se beneficia laudabantur: s. Au-
gustinus adnotat sic super Mariæ Canticum:
Utrumque professa est, & Dñum, & Salvatorem
ut pro potestate qua omni creatura dominatur,
jure meluendum ostenderet: pro bonitate, qua
misericorditer quosdam salvat, dignum dilectio-
ne demonstraret.

Ex hoc beatam me dicent om-
nes generationes, ex humilitate scilicet, quam
ad eodè beneficiis Deus respicit oculis: quia ut tes-
tatur Dionysius Carth. Pro humilitate præci-
puè meruit exaltari, per eam que presertim
disposita est ad concipiendum Unigenitum Dei,
Arhaldus Carnotensis ait: Ad hunc beatitudinis cu-
mulum Virgo sancta pervenit, ut cum Christo com-
munem in salute mundi effectum oblineat, Sed ve-
rò, ut benè Damascenus: Virgo omnium encomio-
rum legem excedit. Nec si omnes in toto orbe dis-
persæ linguæ in unum coeant, ejus laudes ora-
tione

Ser: in
signum
magnum

de laud:
Maria.

Orat: 2
de Nat:

tionem consequi possent,

89.

Et peperit filium suum
primogenitum, & Unigenitum, quem peperit Virgo
manens, et purior, Deo gravior, Angelis & hominibus mi-
rabilior. *Audiat omnis aetas* (clamat Augustinus) quod
nunquam audivit: Virgo partu nupsit, virginitatem
dum pareret, duplicavit. Chrysologus ad Mariam di-
cit: *In tuo partu crevit pudor, aucta est castitas, inte-*
gritas roborata. Et quia voluptas non anteivit, nec
dolor quidem in partu subsequutus est, advertebat Damasc: *lib. 4. de*
fide c. 18.
Voluit enim Deus non tantum naturam, sed etiam
nativitatem humanam honorare, & ideo utramque
assumpsit cum omni proprietate (ait Nazianzenus) *Orat. 16.*
absque macula tamen, vel indecentia, prout Deum
decebat.

Et invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem
Pastores humiles, pauperes, ac devoti: his similes Ma-
riam illico reperiunt & cum ea inseparabiliter Jesum
exaudientem, & Joseph Maria cointercedentem. Prius
invenerunt Mariam, Per quod instruimur, inquit S.
Bonaventura, si volumus Christum invenire, prius
debemus ad Mariam accedere. Invenerunt eum cum
Maria Virgine, & Joseph viro justo; quia eum, qui
vult Christum invenire, oportet habere munditiam
cordis respectu sui, & justitiam respectu proximi.

Ma

90. Maria autem conservabat omnia verba haec, confere-
rens in corde suo; silebat, attendebat, verba & ges-
ta Pastorum meditabatur, singula comparans ad
mysteria quae in se experta fuerat, & de omnibus Deum
mirifice glorificans: Consideremus hic (suadente Joan-
ne Geometra.) prudentissimam mulierem Mariam, ve-
rae sapientiae, ineffabilis quae scientiae matrem, quali-
ter scholaris sit Pueri, & s. Ambrosius ait: Non mi-
nus ore pudica Virgo, quam corpore, argumenta
fidei conferebat in corde. Eusebius vero Gallica-
nus sic habet: Mater prudentissima, ideo haec omnia
verba in corde conferebat, & memoria commendabat,
ut postea ipsa docente, & narrante scriberentur, &
in universo mundo predicarentur, ut accidisse cre-
dimus S. Lucae Evangelista, B. Birgitta, & aliis mul-
ta mysteria à B. Virgine edoctis.

Invenerunt puerum
cum Maria Matre ejus; Magi, non ut Pastores, sed
felicius invenerunt primo & immediate Jesum, quia
utpote qui patriam reliquerant pro eo quaerendo, &
majores susceperant itineris, & inquisitionis labores, me-
ruerunt illico centuplum illud, & aeterna vite pignus
reperire: unde sic adhortatur Chrysostomus: Deceda-
mus igitur à terrenis negotiis, atque curis; etenim
Magi illi, cum adhuc morarentur in Perside stellam
vide-

in Catena
graca.

Serm: in
Aurora.

Hom: 7.
in Math:

videre tantummodo, quia verò à perside recesserunt 21.
solem ipsum aspexere justitiae, invenerunt autem &
Mariam, non autem simul & Joseph, Quia, inquit
Albertus Magnus, Magis ostendebatur Divinitas ejus,
in qua nihil operis habebat Joseph, Mater autem
cum Deo in filio communicavit.

Postquam impleti
sunt dies purgationis ejus, idest transactis 40 die-
bus à Christi Nativitate, sed quid purificatione opus
erat ei, quæ tam sublimiter conceperat, tam mundæ
portaverat, & purissima ediderat ipsum supremum
Legislatorem, & quæ modò, ut ait Emisenensis, ipsum Eusebius.
Sanctum sanctissimum in gremio tenebat, & virgineo lac-
te nutrebat, sed utique id præstitit in humilitatis
& perfectionis exemplum, quo nos ad eò indigemus, ut
Qui justus est, justificeatur adhuc: & sanctus sanctifice- Apoc: 22: 11-
tur adhuc.

Secundum legem Moysi, quæcum ex tot
capitibus non teneret Virginum Virgo, se ei subdit
obedientissima, nam, ut bene Augustinus: Unde sor- Lib: De quinque
des in Virgine Matre, quæ nec concipiendo libidinem Heresibus c. 5.
nec pariendo passa est dolorem: tamen, Voluit (ait
Dionys: Carth:) Maria dignissima subijci legi, & quasi
purgari in templo ad dandum obedientiæ ac humili-
tatis exemplum, ad vitandum scandalum judæorum,
ad

92. ad conformandum se alijs mulieribus in licitis, & honestis. Perfecta obedientia plus pergit, quam tenetur; & S. Bernardus: Verè, ò beata Virgo, verè non habes causam, nec tibi opus est purificatione; sed numquid filio tuo opus erat circumcissione? esto inter mulieres tanquam una earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum.

Ser: 2. de
Purific:

Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Dñi; in hoc quoque maxima resplendit Mariæ justitia, quæ cum ex omni parte prorsus esset inculpata, solitam tamen pro labe hostiam voluit offerre; iterum & semper in nostri exemplum, qui cum & culpabiles, & sæpe inveniamur culpati, volumus tamen inculpatos apparere justitiam injustissime simulantibus. Mariæ autem (ut bene advertit Cardinalis Hailgrinus) semper in historia humilis, sed semper multo humilior, quam videtur.

In cap: 6.
Cantic:

Par turturum, aut duos pullos columbarum, quæ erant oblatio pauperum; & quidquid horum Dionys: ait Carthusianus, obtulisse dicitur, per utrumque eorum inopia designatur, & res per utrumque illorum figurata Deo est placita; nam, ait Haymon, in turture præfigurabatur Dñi castitas, quia ex Virgine natus est, virgo in ævum permansit, in columba

Ser: de
Purific:

lumba designatur ejus simplicitas; hinc bene inferit ^{93.}
Gallicanus: Qui igitur corporis, & animæ castitatem, ^{Euseb: 5. de}
ac innocentiam custodiunt, illi quidem par turturum, ^{Purific:}
aut duos pullos columbarum Dño offerunt;

Dixit ad
Mariam Matrem ejus, nempe Christi Dñi, Dei-ho-
minis, Verbi æterni, quam Maternitatem, vocat
S. Bernardinus Senensis Mirabiliorem, quam Pater. ^{Ser: 6. de B.}
nitatem æternam. Quare? quia quod Deus generaret ^{Maria c. 22.}
Deum, nulla requirebatur in eo dispositio... imo impos-
sibile est, quod non generet Deum, propter suam fecun-
ditatem. Sed quod femina conciperet, & pareret Deum,
est, & fuit miraculum miraculorum: oportuit enim, ut
sic dicam, feminam elevari ad quandam quasi æqua-
litatem divinam, per quamdam infinitatem perfectio-
num, & gratiarum, quam creatura nunquam exper-
ta est, & alibi: Maria hausit ab ipso Patre æterno ^{Ser: 2.}
totalem fecunditatem ad generandum omnes electos, ^{Tam: 3.}
& etiam ipsos Angelos; unde nil mirum, quod dixerit
Augustinus ad Mariam: Si formam Dei te appellem, ^{Ser: de Assumpt:}
digna existis;

Etiam ipsius animam pertransibit gla-
dius, dixit Mariæ Simeon, lacris tristitia miscens, & fu-
turam illius cum Filio compassionem prænuntians,
quia

24. quia utique nobis discere convenit, lata hujus vite
semper tristibus commiscenda, ne nimium dantes laci-
tiae, aeternis subjiciamur cruciationibus: audi S. Petrum
Damianum: Et quam ipsius animam penetrabit gla-
dius; si enim omnipotens Deus hujus vite prospera
magni penderet, nullatenus ipsam singularem ac
perpetuam Virginem, ex qua incarnari dignatus est,
affici doloribus permisisset... ideo igitur divina dispe-
satio in hujus vite saelo, procellosis hinc inde turbi-
nibus, & quodammodo violentis ventorum furentium
floribus vos fluctuare permittit, ut mens vestra avi-
dus ad superna desideria transeat, dum inter ima non
invenit, ubi delectabiliter requiescat,

Et ut perfec-
erunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt
in Nazareth, scilicet, ubi maxime imitandum ve-
nit, ut in peregrinationibus, & quibuslibet piis exer-
citiis, ad id precise complendum, demoremur, quod
juxta Dei legem fuerit, ad pristina posthac & do-
mestica, vel communia munera revertendum; at-
que in tantum pacificam quietem & utile est ac lau-
dabile relinquere, in quantum id charitas, religio,
vel obedientia illa postulaverit. Ad calcem audia-
mus S. Bernardum. Quid est autem quod dicimus
Beatissimam Virginem purificari. illa enim vero
tam

Lib. 8. Epist. 146
et tit. ad servat

Serm. 6.
de parvis.

tam non indignit Purificatione, quam neque Jesus^{95.}
circumcisione. Nobis verò & hic circumciditur &
illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus,
ut à vitiis continentes, primum per ipsam continen-
tiam circumcidantur, deinde à commissis per pœni-
tentiam purificentur; ~

S. IV. Mariæ gesta, & dicta usque ad Passionem Dominicam ~

Textus: Accipe Puerum & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum.
(Math: 2. 13.)

Accipe Puerum & Matrem ejus, & vade in terram is-
rael. N. 20.

Et ibant parentes ejus per omnes annos in Hierusalem in
die solemni Paschæ. Luca 2. N. 41.

Venerunt iter diei, & requirebant eum. 44.

Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? 48.

Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. 51.

Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. 51.

Dixit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Joan: 2. 3.

Quid mihi, & tibi est mulier? N. 4.

Descendit Capharnaum ipse, & Mater ejus. N. 12.

Beatus venter qui te portavit & ubera qua succisti. Luc: 11. 27.

Quintimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. N. 28.

Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. Mathi

Quæ est Mater mea. N. 48.

Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis

est, ipse meus frater, & soror, & mater est. N. 50.

Nonne Mater ejus dicitur Maria? Math: 13. 7. 54.

Finis jam sacrae Purificationis ritus, ecce Dei

26. jussu S. Joseph Mariam cum Puero ^{Christo} ducit
in Aegyptum fugiens Herodis crudelitatem Jesum
ad necem quaerentis, & transacto aspero itinere ha-
bitarunt in vico inter Heliopolim & Babyloniam
Mararea dicto, ubi manserunt usque ad mortem
Herodis; tunc enim denuò moniti ab Angelo redie-
runt in Nazareth, unde quotannis pergebant Je-
rosolymam, visitaturi sanctum Templum Domi-
ni; quodam igitur anno Jesus jam ^{duodecim}decennis re-
mansit in templo, quin prae multitudine plebis
tunc advenferent parentes, qui revertentes cum
notassent ejus absentiam, ingenti sollicitudine eum
per triduum quasierunt, donec inventum in tem-
plo inter Doctores Maria interrogavit de absen-
tia; & mystice accepto responso, venit cum eo
Nazareth, ubi sibi subditum meruit habere
tantum filium, qui cum attingeret annum eta-
tis trigesimum, Matris veniam accepta secessit
baptizari, & praedicare, varias regiones con-
kursans; sed beata Parens à filio non ^{passim}passim
vel corpore separari, eum est ubique comi-
tata, etsi saepe, & ut plurimum, à multitudine
ignota. ipsa in illis nuptiis Galilaeae, pietate
com-

mota, miram à filio impetravit aqua in vinu^{97.}
conversionem; item alia vice, Christo prædican-
te, narratur, Mariam cum Apostolis adstitisse, foris:
sic que credendum, piam Matrem Christum quocū-
que fuisse persecutam, tum ut ei saltem private
inserviret, tum ut mira ejus dicta, & opera mi-
raretur, & tacita consideratione meditaretur: un-
de identidem S. Evangelistæ sermonem miscent
de Matre Jesu, quasi eam ipsi semper assistentē
supponentes.

Accipe Puerum, & Matrem ejus, & fu-
ge in Ægyptum; sic Maria incipit experiri quod
sibi Simeon prænuñtiarat. De hoc itinere sic loqui-
tur S. Bonaventura: Quod ad iter unius curseris sunt ^{Cap. 12. De}
sunt duodecim, vel quindecim diata; proeis vero Vir- ^{Medit: christi.}
go cum Joseph pervenerunt ad Ægyptum spatii
duorum mensium, vel plurium. Quomodo vero
de nocte quiescebant, & hospitabantur; raro enim
in illo deserto domus inveniuntur? De his, quia
pauca authentica inveniuntur, referre non cu-
rabo.

Accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade
in terram Israël; ò felix Ægyptus, qua tantos
promeruit habitatores, & tales suscepit hospites!
quan-

28. quanta, & qualia à Virgine relictis virtutum
odoramenta, quorum ubique nunc fragrans distri-
sa memoria: bene S. Amobæus Mariæ virtutes

Homil. 2.
de ornatu
Virginis.

sic thuri comparat: *Asserunt, inquit, odore thuris
Dæmones effugari, & ego libenter dixerim, odore vir-
tutum sanctæ Mariæ. Angelos tenebrarum effugari,
& quodam valido turbine huc illucque raptari. tan-
quam pulvis ante faciem venti. Odor iste mortuos in
peccatis excitat, mente debiles roborat, bonos incitat
ad meliora, meliores ad optima.*

*Et ibant parentes
ejus per omnes annos in Jerusalem in die solemnæ
Paschæ): in quo religionis nobis sinebant exem-
plum, ac cultus divini, qui nulla lege constricti,
ut qui ipso Dei Filio assisteant, plures tamen
ipso Duce suscipere peregrinationes, ut tot fan-
tis que exemplis instructi, non debita modo, sed &
supererogatoria suscipere pietatis exercitia.*

Hom: infra
Oct: Epiph:

*Eusebius Emisenus sic habet: Religiosi parentes
per annos singulos ibant in Hierusalem, ut legem
audirent, sacrificiis participarent, & ejus adhuc um-
bræ serviebant, cujus jam venerabantur veritatem.
Erat igitur cum cæteris Jesus in solemnitate, qui to-
tius erat causa solemnitatis. Mater quoque ejus mul-
ta ibi in lege, & prophetis cantari audiebat, quæ
de*

de ipsa dici intelligebat,

99.

Venerunt iter diei, & requirebant eum; quanto putamus dolore affectam Matrem amantissimam, pro tali amisso filio; quanta sollicitudine requisire, sine quo nec ultra potuisset naturaliter vivere; sed quanta nos diligentia, oportet requirere Deum semel per peccata commissum, sine ^{cujus gratia} quo, nec hic spiritualiter, nec unquam aternaliter vivere valebimus. O! Domina mea (ait Aelredus) quid dolebas? Credo, non famem, non sitim, non incediam timebas. Puerum, quem Deum noveras, sed tantum subtractas tibi, vel ad modicum, ineffabiles presentiae ejus delicias querebaris,

Hom: de hoc Evang:

Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? quibus ingentem significabat de amisso prius dolorem, & tenerrimum ad nunc reinventum amorem, atque, ut ait Anonymus, in Catena Graeca. Omnia sicut Mater, & fiducialiter, & humiliter, & affectuose exprimit, Filium que anticipato est imitata diciturum Patri: Deus meus, ut quid dereliquisti me? Breve hanc Christus voluit Matris solitudinem, ut & nos disceremus patienter sustinere spiritualis consolationis subtractionem; in hac, humilem ac affectuosam Dñi conquisitionem; ac in inventionem, submissam gratiarum actionem.

Des-

Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat
 subditus illis; O Maria dignitas ineffabilis! O poten-
 tia inexhaustibilis eius, cui ipse subijci dignatus est
 Omnipotens! Subditus erat Mariae, ait Bernardus,
 nec solum Mariae, sed etiam Josephi, propter Mariam.
 Atque ad fiduciam nostram sic infert S. Antoninus:
 Orahio Virginis erat nobilissimus modus orandi, tum
 quia habebat rationem iurisdictionis & imperii, tum quia
 impossibile erat non exaudiri, iuxta id quod in figura
 ejus dixit Salomon matri suae: Pete, Mater mea, ne-
 que enim fas est, ut avertam faciem tuam, sed
 & nunc de Mariae gloriosae interpellatione idem
 à fortiori videtur sentiendum, praeter ipsius Christi
 illam glorificantis dignatione

Mater ejus con-
 servabat omnia verba haec in corde suo, imitan-
 dum quoque hic miremur Mariae silentium, &
 in meditando studium; ubi Conservare denotat
 ab omni mentis evagatione expertem; ly omnia
 profundè vel minima contemplantem; & in corde
 dulces affectus erudantem! Verba & facta filii,
 ait Cassianus, in corde, tanquam optima, ac
 docillima Sapientiae aeternae discipula, saporis
 capacissima, & avidissima; quidquid filius ejus
 de caetero fecit, aut dixit, cum summa veneratio-
 ne

Hom: 1.
 sup: Missis

7^o: 15.
 c. 17.

3. Reg:
 c. 2. 20.

apud
 Sylveira

ne pensavit, ac inde eminenter profecit, 107.

Dixit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent; nunc quoque Maria nostras Filio proponit necessitates, defectus tentationes; & sua intermissione nobis ab ipso impetrat generatam conversionem, ut qui primum frigidi velut aqua fluctuabamus, nunc fervidi, ut vinum purum, ab omni levitatis mixtura alieni persistamus.

Vocem tuam, ait S. Bernardus, audi vimus in Evangelio, o Dñca rerum, ad filium: Vinum non habent; necessaria nobis est; deficit vinum in cassis nostris. Vinum quærimus, quod germinat virgines; harum pincerna tu; calix in manu tua, in potestate tua vini meri, amoris divini.

Quid mihi & tibi est, Mulier, respondit Jesus, non quidem Mariam increpans, aut confundere volens, qui e contra mere illi ejus insinuationi statuerat primo suorum signorum annuere; sed utique propter nos sic respondit, ait S. Bernardus, ut scilicet conversos ad Deum jam non sollicitet cura carnalium parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale; item Richardus à S. Victore: Propter nos responsio illa data est, ad nos instruendos, ne in spiritualibus agendis parentum curam

Ser: 4.
sup: Salve.

Ser: Dñica
2. post Epiph:

lib: 3. de
laud: Virg:
c. 12.

ge-

102. geramus; ne ad eos nimium afficiamur, sed solum
Dei spectemus gloriam; unde ipsamet Virgo di-
xit illico ministris: Quodcumque dixerit vobis facite

Hom: 1.
de Epiph:

Quia, ut bene S. Maximus, sciebat profecto Ma-
ter sancta, oburgationem illam Sñi, filii que sui
non irascentis offensam pretendere, sed miserantis
portare mysterium. Atque in his Maria verbis
nota cum Alberto Magno, quod Beatissima Vir-
go brevissimè, & lucidissimè omnia predicabilia
uno verbo predicavit, quando dixit in nuptiis: Quod-
cumque dixerit vobis, facite.

Descendit Caphar-
naum ipse & Mater eius; En quomodo Maria
insinuatur filium suum ubique comitata, ut jam
attigimus, & pie sentiunt Aliqui cum Guarrico
S. Bernardi discipulo, ser: 4 de Assumpt: Metaphra-
ste Orat de seipara, & Gersono, cujus hæc sunt ver-
ba: Quando cessit ipsa in custodiam peculiare
filii sui? sequens eum quocumque iret, præsens in
omnibus, quæ faceret, & doceret. Scio, alios gravis-
simos Auctores contrarium opinari, quod nempe
in multis; sed non in omnibus Maria filium sit co-
mitata; sed modo præarridet, textum appositum
ita intelligere, ut in eo semel pro semper voluerit
Sacer Evangelista declarare Matris cum Filio so-
cieta-

Super
Magnificat
part. 1.

cietatem, quod in eo clarius appareat Maria, Re-^{103.}
demptionis cum filio cooperatrix, Apostolorum illu-
minatrix, Christi comes assidua, patientiæ & cons-
tantia post Filium exemplar maximum, & simi-
lia, quibus merito S. Patres Deiparam prædicant
& collaudant

Beatus venter, qui te portavit, & ube-
ra quæ succisti, quibus apud Christum Mariam lau-
davit pia mulier de turba, nomine Marcella & sa-
mula S. Marthæ, ut communiter receptum est, & cu-
jus nos in Laudanda Virgine intrepidum, ac imper-
turbabilem affectum cõnemur imitari, imò & me-
thodum, quæ & Matrem, & Filium compendiosè be-
nedixit. Hailgrinus ad illa verba Cant. 7. 2. ^{Et} in 7.
ubera tua botris, ait: Ubera botris assimilata sũt,
in quo mirabilis prerogativa merendi monstratur in
Virgine, quæ non minus meruit fundendo lac de u-
beribus suis ad filii nutrimentum, quàm martyres,
qui per botros figurantur, meruerunt fundendo san-
guinem suum.

Quinimmo beati, qui audiunt verbum
Dei, & custodiunt illud, reposuit Christus volens po-
tius adhuc laudari matrem suam ex liberis virtu-
tum actibus, quam à sublimibus illi à Deo collatis.
doli.

104. *Dolibus, privilegiis, & excellentiis: Hinc præclare*

Tract. 10. in Joan: Augustinus dixit: *Materna propinquitas nil Ma-*
rite profuisset, nisi felicius Christum corde, quam
carne gestasset: beator ergo Maria percipiendo
fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi;
f. 2. de B. v. c. 26. & Simon Cassianus: *Dei voluntatem, dicit, ipsa per-*
fecerat, quæ plene perfecta, juxta sententiam Salva-
toris, eam animam que fecerit efficit Dei matrem. In
qua Maternitate perfectius Virgo profecit, quam
illâ que solum est carnis, magis que in illa gra-
ta facta est filio, quam in illâ, per quam ipsum ges-
tavit in alva.

Ecce Mater tua, & fratres tui, foris
stant quærentes te: Patet iterum Mariam se-
sum insecutam, etsi prout dabat oportunitas jam
proximius, jam longius; quandoque occultè, non
nunquam patenter, ac manifestè quoad adstantes.
Hoc verò dictum Christo non à fratribus ipsis,
ut aliqui sentiunt, sed potius à doloso quodam,
ut tenet S. Hieronymus dicens: Videtur mihi iste
non simpliciter, & fortuito nuntiare, sed insidias
tendere Salvatori, utrum spiritali operi carnem,
& sanguinem præferat; & ut Dñs dixerat. Matth. 10.
Qui amat patrem aut matrem plusquam me non
est me dignus: ex isto. (inquit Alb. Mag.) insidio-
se

Super hoc loco.

se quærens, tentans, an carnalia spiritualibus præ-^{105.}
poneret contra doctrinam suam;

Quæ est Mater mea?

Duriuscula apparet ista Christi responsio, in qua
tamen absit cogitare, quod tunc voluerit veram Ma-
trem abjurare, sed potius extollere, cum semper à vir-
tutibus Matris suæ nomenclaturam interpretatur; sed
& id de more in nostrum loquebatur exemplum, ut
Patres commentantur, inter quos S. Casarius: Neque, *Dialog: 3.*
ait, Christus, cum à matre & fratribus quæreretur,
vocationem admisit, cum apud auditores salutiferam
doctrinam exorsus esset;

Quicumque enim fecerit vo-
luntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, &
soror, & mater est: hinc argue cum Augustino majo-<sup>De Virginit:
Cap: 5.</sup>
rem Mariæ excellentiam: Maria ergo, inquit, faci-
ens voluntatem Dei, corporaliter Christi tantummodo
mater est, spiritualiter autem, & soror, & mater; ac per
hoc illa una femina non solum spiritali, sed etiam corpore
& mater est & virgo. Sed & cum Chrysostomo in nostrum <sup>Hom: 45:
in Math:</sup>
inferamus documentum: si nullam mater, in quantum
mater utilitatem consequitur, nisi virtutem colat, multo
minus alij necessitudine salvabuntur;

Nonne Mater ejus
dicitur Maria? dicebant inter se Nazaraei, Maria no-
bis attestantes Maternitatem, & nomen; sed & simul
simul

106. simul Dei Mater, & nostra, ut prosequitur cita-
tus Augustinus: Sed plane mater membrorum ejus,
quod nos sumus, quia cooperata est charitate, ut
fideles in ecclesia nascerentur, quæ illius Capitis
membra sunt; corpore verò mater ipsius Capitis.
Et de eo nomine audi Sapientissimum idiotam:
Hoc nomen Mariæ super omnia sanctorum no-
mina reficit lassos, sanat languidos, illuminat
caecos, penetrat duros, ungit agonistas, jugum dia-
boli extrudit, & Francis Abbas: Nomen namque
Mariæ dicit, mirum quid suave, ac divinum in
se continet, ut cum sonuerit amicis cordibus, ami-
cæ suavitatis odorem spiret. Et mirum illud de no-
mine Mariæ, & valde mirum, ut millies audihim,
semper audihim, semper audiat quasi novum, &

E. 7. de
Gratia Dei
Sine
F. 12. Bibliot.
Colan. p. 1.

S. V. Mariæ Christo compa- tientis Dolores, & Martyrium.

Textus: Sequebatur autem illum multa turba populi, & Mu-
lierum. Luca 23. v. 27.
Conversus autem ad illas Jesus. v. 28.
Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus, &
soror Matris ejus. & Joan. 19. v. 25.
Cum vidisset ergo Jesus Matrem
Dixit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus } v. 26.
Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua }
Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. } v. 27.
Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ seculæ
erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei. Math. 27. 55.
Surrexit, non est hic. Marci 16. v. 6. (51.)
Recessit ab eis, & ferebatur in calum. Luc. 24. 41.
Erant unanimiter perseverantes in oratione cum mulieribus, &
Maria Mater Jesu. Act. 1. 14.

Cum iam Christi Dñi dolorosissima Passio 108.
appropinquaret, & ultimo Paschate celebrato
Maria mansit in cenaculo cum aliis filiis piis
mulieribus, Jesumque obediens consensit abire pas-
surum. Interim ipsa & per divinam revelatio-
nem, & quandoque Apostolorum narrationem om-
nium conscia, inexplicabili afficiebatur filii do-
rum ac injuriarum compassione, cunctaque cum
illo misericors offerebat æterno Patri acceptanda pro
mortalium redemptione, quam filio operante per-
passionem, & ipsa per compassionem cooperabatur.
Sed ubi Jesum hinc inde Judæi ducebant examina-
dum, accusandum, & condemnandum, eum cum socia-
bus est personaliter insecuta, usque tandem in Cal-
varia locum Crucifixum: hæc hinc constanter filio
astans ab ipso commendatur dilecto Discipulo in
filium habendo: quanti doloris causa hæc filii
commutatio exhibet, quis unquam plene poterit
declarare? & quid cum filium verum expirasse
cognovit? & ipsa sanè simul expirasset, ni divi-
nitus ad longius compassionis martyrium fuisset
vitæ reservata; nam & depositum de Cruce sacrū
Corpus compassa sustinuit, ac dolens tradidit sepeli-
endum

708. Dum pius viris Nicodemo & Josepho ab Arima-
thæa; ac demum filio sepulto rediit in cœna-
culum cum s. Joanne, ac cæteris Mulieribus, qua-
cum illa secuta fuerant Dominum; ibi que-
tristia Passionis recolens mysteria, Christum a-
mortuis reversum primæ conspexit, & gaudens
amplexata est, & venerata; sic que sapiens ipsum
instituta credenda est per illos 40 dies, quibus ex-
pletis ipsa cernente gloriosus ascendit in calum.
Post, Maria omnibus abundantius repleta ab
adveniente Spiritu Paraclito, habitavit Hie-
rusalem vitæ tam activæ, quàm contemplati-
væ remanens mundo exemplar omni ex par-
te perfectissimum, Apostolorum magistra, cre-
dentium fortitudo, omnium Mediatrix, consola-
trix, & refugium, ut post justitiæ solis occasum
tenebras abundè fugaret Luna ista plena, &
perfecta

Sequebatur autem illum multa turba
populi, & mulierum, inter quas abs dubio Ma-
ter illius Maria; de cujus præsentia, ideo forte
ut plurimum tacent Evangelistæ, ut quid congru-
entissimè inferendum, ex multo Matris & Filii a-
more, & cooperatione in nostram Redemptionem:
hinc

hinc S. Gregorius Nissenus, Voluit Christus, inquit, ^{109.}
sibi Matrem adesse in doloribus, ut sic Christi Passio-
nis, Redemptionis que, particeps fieret, & coopera-
trix; & S. Bernardus ait: Ad restaurationem ge-
neris humani sufficere poterat solus Christus; sed bo-
num nobis non erat hominem esse solum, congru-
magis erat, ut adesset nostrae reparationi sexus uter-
que, quorum corruptioni neuter defuisset.

Conversus
autem ad illas Jesus, ut oculos dirigeret, ubi cor fi-
xum habebat talis filius ad Matrem, novo tunc do-
lore confixam, in illo mutuo conspectu. Quae verò hic
locutus est Dñs, ad alias dirigebat mulieres; quasi
dixisset: stante Matrem meam flere super me, quae
ex se non habet aliud quod defleat, & cujus compassio
mea passioni proprie consonat; vos verò super vos
ipsas flete, & super filios vestros, Admonet eas, ait
Theophylactus, ut ad futura mala, respiciant, & prop-
ter illa plorent, quando cocturae sunt filios suos;

Sta-
bant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus, & so-
ror Matris ejus &c. Hic ubique non erat tacenda
Mariae praesentia, ubi cum filio tantum martyrium
erat consummatura. Stabat in doloribus constans, &
for-

110 fortitudinis mirandum exemplar; stabat & iuxta
ut ex proximioritate, insigniis mentis robur eluce-
at; nam, ut bene Guarricus Abbas, Maria comes in-
dividua, vestigijs Jesu adhærebat, pendebat que ex
ore docentis adeo, ut nec procella persecutionis, nec
horrore supplicij à conspectu filij poluerit absterreri;
& Dionysius Carth: Amantissima Dei Virgo dici po-
test mundi salvatrix, propter eminentiam, virtus-
tatem, & meritum suæ compassionis, qua patienti-
excellenter filio fidelissimè, ac acerbissimè condolendo promeruit
ut per ipsam, hoc est per preces ejus, ac merita, virtus
ac meritum Passionis Christi comunicetur homini-
bus. ipsa quoque eis, qui à gratia Christi prolapsi
sunt, rursus procurat eandem, & regnum misericor-
diæ ei commissum est;

Cum vidisset ergo Jesus Ma-
trem, Hic propriè Virginis animam doloris gla-
dius pertransiit acutissimus, revera pertransiens us-
que ad divisionem animæ & spiritus, inquit Bernar-
dus, & alibi: Nunc solvis Virgo cum usura, quod
in partu non habuisti à natura: dolorem pariendo
filium, non sensisti, quem millies replicatum filio mo-
riente passa fuisti, sed ut pius quidam habet Scrip-
tor: Non immerito mihi dicere videar, si crediderim,

Ser: 4. de
Assumpt.

lib: 2. de
laud: V.
c. 23.

excellent

Ser: super
c. 12. Apoc.

in lament:
S. M. V.

Franc: Garau
in Desipera
eluc: fo: 2.

in una Virgine juxta Crucem conspecta, de suis ^{111.}
in ea victoriis & gloriis illustratis proposito sibi gau- ^{Hebr: 11. 2.}
dio sustinuisse Crucem. ex una stante Matre, quam
nunquam cecidisse permiserat, proposito ex hoc sibi
gaudio sustinuit Crucem,

Dixit Matri suae: Mu-
lier ecce filius tuus, et et dicendo Matri suae dixit
& nostra, quia ut praedare Guillelmus Abbas. ^{eo apud Helrio}
ipso, inquit, quod mater est Capitis, multorum mem-
brorum mater est. in uno Salvatore Jesu plurimos
Maria peperit ad salutem, pariendo vitam, multos
peperit ad vitam, & modo iterum in Joanne illi co-
mittitur, ut ait S. Bernardus: Mystice enim intelli-
gimus in Joanne omnes animas electorum per dilectio-
nem. Omnes nos cura Beatae Virginis, & protectioni
commendavit, ut tanquam ad matrem, & Dominam
dilectissimam in omnibus confugeremus: Joannes enim
nos omnes representabat,

Deinde dicit Discipulo: Ecce
Mater tua, o dulce verbum amanti Discipulo simul
& dilecto propter specialem castitatis prerogativam, cui
Virgini Christus Virginem Matrem commendavit; atque
in eo omnibus nobis & illum imitandum, & hanc pre-
sentat amandam, venerandam, & in Matrem suscipiendam
Hinc bene Anonymus super illud Isaiae 4. 2. Et ^{apud} ^{Sylveiram}
ta- ^{in Apoc.}

112. tabernaculum erit in umbraculum diei ab æ-
tu, ait: Maria ergo nobis tabernaculum, quo
protegamur, de quo loquitur Isaias, omnium
hoc tabernaculum esse ostendit, cum nulli singula-
riter dicitur esse futurum; est enim Maria uni-
versalis interpellatrix, omnium Mater, gallina pul-
los congregans, turris David, omnes protegens,

Et

ex illa hora accepit eam Discipulus in sua, seu in-
ter ea quorum maximam sibi curam gerendam sta-
tuebat; ut explevit, ei venerabilis inseruiens, ejusque
ut perim ut plurimum, filius consortio, et semper u-
sus consilio. At quid est in sua? rogat Ambrsius,
cum reliquerit patrem, & Christum secutus sit? Quæ sua
habebat Joannes, qui mundana secularia non habe-
bat, quia de mundo non erat? Bonus verbi, sapientia
que possessor, bonus receptor gratia. Neque enim
Mater Dñi migraret, nisi ad possessionem gratia.
Et nos quoque possumus accipere Matrem Dñi in nos-
tras, eam præ omnibus cordi habentes, incessanter lau-
dantes, ab hereticorum calumniis tuentes, piæ de illa
sententias data occasione propugnantes, ejus cultum pro-
posse ampliantes; & præ omnibus ^{seruimus} sublimes ipsius vir-
tutes in vite normam incunctanter vobis assumentes.

Exhortat:
ad Virgines.

Erant

Erant autem ibi mulieres multae à longè, quae se-^{115.}
cutae erant Jesum à galilaea, ministrantes ei, & hic
procul dubio inter eas Virgo Mater, quae etsi tanto
dolore, confecta intrinsecus, tamen in constantia & forti-
tudinis exemplar roborata, luctus extrema moderaba-
tur extrinsecus: hinc ait Arnoldus Carpotensis: Pectus ^{Ser: de}
maternum immanitate doloris arcatur, suspirat intri- ^{B. Virg:}
secus, & erumpentes revocat lacrymas; & eo amplius
anxietas intumescit, quo prohibetur egredi, & per lamē-
ta, luctus que dissolvi. Verum illa tantarum procella-
rum salsuginem ebiberat, & clauso tanti doloris tor-
mento intrinsecus, alium vultum exhibebat; Atque ex
eo etiam saepius de Maria taceatur in Sacra Historia,
quod ab intra potissimum exercebantur ejus opera pia
considerationis ac altissimae contemplationis scrupuloso
reverenti relicta.

Surrexit, non est hic, dixit Ange-
lus mulieribus quarentibus Jesum in monumento; sur-
rexit, non erat ibi, quia certius erat cum Matre quae
jam recesserat cum expectans in abscondito: unde Ber- ^{Ser: de}
nardus ait: Prima vidit Dominum in forma glorio- ^{Resurrect:}
sa, & non ad confirmationem dubii, sed ad consolati-
onem gaudii: unde & Evangelista eam non recen-
sent, & Profecto, & Matri dignitas, et ejus in Christi
pas-

114. passione præ cæteris supereminens compassio sibi
vindicaret in Resurrectionis gaudio primatum: un-
de & Basilius verba illa Ps. 44. Adjuvabit eam &
de ista apparitione sic interpretatur: Quoniam dilu-
culo Resurrectio futura erat, adjuvabit eam Deus ma-
ne diluculo, seu primò eam præ cæteris redivivus
recreans

Secessit ab eis, & ferebatur in calum,
vidente, & reliquis longè eminentiùs contemplante
Virgine, imò. & corde saltem, filium ascendentem
comitante, & forte etiam mirabiliter bilocata as-
cendenti assistente, ut Pia Scripturici revelatum,
inter alia plura, legimus; & quidem congruebat tali
ascendenti talis scala, ut passim Mariam Patres vo-
cant, ut Damascenus, cum ait: Mariam, vivam sca-
lam sibi condidit, cujus ima pars in terra firmata
est, summa autem ad calum usque pertingit, in
qua Deus requievit; At si hoc pie sentire trepida-
veris, applica ex mente Sylveira illud Apoc. 12. 5.
Raptus est ad Deum & ad thronum ejus, Christo
ascendendi, qui raptus seu quadam vi ac violen-
tia, profunc divulsus est à Matre, cui & ipsum
post ponat calum: & his consonat Nazianzenus
dicens: Virgineis ac maternis vinculis, pro potesta-
te, ac violenter erupit.

V. Sotor. Maria
ab Agreda
in Mystica Civit.
del

Orat. 1.
de Nativ. B. V.

in Apocal.
Fol. 2.

Orat. 42.

Erant

Erant unanimiter perseverantes in oratione cum 115.
Mulieribus, & Maria Matre Jesu, quæ omnium A-
postolorum relicta Magistra, totius Ecclesia per ip-
sos stavit fundamenta, quæ sola ad Filii mentem
poterat fidei primordia stabilire, ejusque propaga-
tionem & perseverantiam dirigere: Hinc Richardus l. 2. p. 2.
à S. Laurentio dixit: Maria Apostolorum magistra
facta est, qui nostri postea magistri facti sunt, & alibi Lib. 12. de
Maria Virgo est prædicationis, quæ sola datur prædi-
catoribus ad portandum in via, eam Cyrillus Alex. Hom. 6.
appellat septimum rectæ doctrinæ, & Abbas Rupertus contra Nestor:
sic habet: Utiq; Magistram te esse oportebat, obe-
dientia Maria, & Magistra Magistrorum, idest A-
postolorum, juxta illud: Fons hortorum, puteus cont. 4. 19.
aquarum viventium, quæ fluunt cum impetu de li-
bano: An quia Spiritus Sanctus illos docuit, idcirco
tua vocis magisterio non illis opus fuit? imò vox tua
vox illis fuit Spiritus sancti, & ipsamet Virgo ad
S. Birgittam sic loquitur: Ego sum ^{quasi} hortulanus hu-
jus mundi: nam sicut hortulanus... sic ego mater Lib. 7.
misericordia facio in horto meo hujus mundi, sicque Revelat.
caelestis hortulana, fidem & pietatem in hoc mundo c. 28.
post Filium, plantavit, rigavit, atque nunc e
caelo fovet, gubernat, & cuncta impetrat Ec-
clesiæ incrementa

§. VI. Mariæ mors dulcissima, & Assumptio gloriosissima.

Cum super his Deiparæ Mysteriis nil Textus apertum & clarum in Sacris Bibliis sit reperire, aliquos omnino hic textus assumpsimus ex iis, quos ex variis Scripture Libris ad hanc materiam sapienter reducant Sacri interpretes.

(Cant: 2. 5.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. In his omnibus requiem quasivi, & in hereditate homini morabor. Eccl: 28. 11.

Veni de Libano sponsa mea, veni, coronaboris. Cant: 4. 8.

Ridebit in die novissimo. Non exstinguetur lucerna ejus. Prov: 31.

Tenebra luce erunt sicut meridies. Isa: 58. 10.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicias affertens? Cant: 8. 5.

Asistat Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Ps: 44. 10.

Habuit quæ gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite ejus, fecit quæ eam regnare. Esther: 2. 17.

(Cant: 10. 4. 2.

Mariæ optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.

Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim. Apoc: 12. 1.

Vidi civitatem sanctam Hierusalem novam. Apoc: 21. 2.

Similem filio hominis. Apoc: 1. 13.

Cum ergo Mariæ per annos plures in hoc mûdo perstitisset pro Apostolorum solatio, Ecclesiæ recentis progressu, fidelium quæ omnium, edificatione, auxilio, ac exemplo, jam pro Dei sui vi-

sione

sione fructiva anhalans, eum humilis exoravit ^{117.}
ut se à temporalibus ad aeterna. traduceret; exaudi-
ta cognovit ab Angelo jucundam sibi obitus diem,
quam Joanni prænunciavit, hic verò propinquo-
ribus renunciavit fidelibus, qui illicò unguentis &
aromatibus referte in cenaculum accurrunt, ubi
divinitus ex tot mundi partibus adducti concurre-
runt simul omnes Apostoli, & ex Discipulis non pau-
ci, quibus omnibus verbo ac benedictione recrea-
tis ipsa se in lectulo decenter reclinans, miris a-
moris affecti in Deum affectibus exastuans, assis-
tente Angelorum multitudine spiritum dulcissi-
me tradidit in manus ipsius Christi Filii sui, qui
tunc & ipse Matri voluit assistere. Obiit ergo Dei
genitrix Sanctissima annis nata, verius septuaginta
duobus, ut bene computat Rivadeneyra, ex
quo, & ab eo citatis Auctoribus hæc compilamus. Ip-
so igitur Mariæ obitus instanti ejus anima in ce-
lum à Christo est deducta, corpus autem pretio-
sis aromatibus inunctum sepelierunt Apostoli sa-
cris ritibus, ac detulerunt in civitatem Gethsemani,
ubi per tres dies concinentibus Angelis pios Hym-
nos insi decantarunt, cum die tertia S. Thomas ad-
veniens adveniens, qui Deo disponente, sacro Ma-
riae

Flor Sanct:
Vida de N. 50

118. rix obitui non interierat, rogavit ut sibi sepulchrum tanto ditatum thesauris adaperiretur; sed, o portentum! in aperto sepulchro sola apparuerunt lintheamina, solusque manavit reliquus odor suavissimus: sic que adstantibus pro comperto fuit Mariam resurrexisse, atque in caelum reditivam ascendisse assumentibus Angelis, & ad Christi dexteram collocantibus, inter omnium caelorum applausus, & acclamationes, congratulationes, ubi ab individua Trinitate amabiliter recepta, in caeli ac terrae reginam est magnificentissime coronata.

Fulcite me

floribus, stipate me malis, quia amore langueo, quae verba Mariae morti proximae possunt accommodari, cum scilicet Apostolis convenientibus mortis instantis causam indicaret dulcem, ac florentem charitatem, juxta illud item: Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit; Pulchre Amedeus: Ergo, arguit, divinis ignita colloquiis, tota effecta est sicut ignis, Te que holocaustum Deo suavissimum obtulisti. O! Phenix aromatizans gratis cinnamomo, & balsamo, & nardo! Phenix congregans omnes species, & igne circumfusa super essentiali, ut caelum caelorum, & caeli potestates Angelicas

Hom: 6.2.
Said: Virg:

cas mirifico repleas suavitatis incenso; unde *Lex* 119.
Christus Maritæ speciem concupiscens invitât: *Re-* *Cant: 6. 12.*
vertere, revertere, ut intueamur te, sic que fortis
ut mors dilectio, suis lampadibus cor Virginis adus- *Cant: 9. 6.*
sit, in quo prius ita ordinaverat charitatem, ut *Cant: 2. 4.*
non nisi suo tempore tantam consecraret victimam.

In
his omnibus requiem quasivi, & in hereditate Dñi mor-
rabor, dicebat Maritæ pacificum ex sua presentia re-
linquens mundum, & de capessenda jam aeterna hæ-
reditate cogitans; quæ in mundo remanserat, ut pacem
firmaret exemplo, nunc que discesum parat, ut poten-
tiori assistat patrocinio: Unde Albertus Magnus ad *Sup: Misser*
illud Genesis 1. 6. Fiat firmamentum in medio aquarum, *c. 182.*
Hæc, inquit est Beata Virgo posita in medio aqua-
rum, id est Sanctorum viæ, & Sanctorum patriæ,
existens supra communem statum viæ, & juxta sta-
tum patriæ, communicans cum utrisque: habens cum
superioribus virtutum perfectionem, cum inferioribus
merendi conditionem; quod, etsi per totam Mariæ
vitam, verificatur apprimè, de fine tamen quàm op-
time intellexeris dictum, cum & verbis & actibus se qua-
si mediam significaret inter viatores, & cælestes, ab his ap-
petita, ab illis detenta; hos jam sui spe beans, illos ad-
huc instruens, confortans, benedicens.

120 Veni de libano sponsa mea. veni coronaberis,
Quibus Deus ipse Mariam de mundo advocat, ut
tandem gloriam, quam ut adesset hominibus presens
voluntarie visularetur possidere, nunc ampliori meritorum
jure recipendam intraret iisdem copiosius subventura.

de laud: V. ut totius Trinitatis sponsa, uti eam vocat Epiphanius;

in spec: c. 3. & Bonaventura. monet: Attendite Charissimi, quod
Dominus iste, qui tam singulariter est cum Maria, ip-
se est sponsus, cuius sponsa venustissima est Maria.

Orat: de Dormit: M. Damascenus: Pater, ait, prædestinavit Mariam, Spiritus
prærigavit, & Filius in ea commoratus est; ac tã-

apud Delrium dem Honorius ad verba præfixa, sic habet: Veni de
libano, castitatis candore ad cali gaudia sponsa, ideo
mea, quia cum Patre sum unum, cui genitisti clausa
Filium. Veni ad spiritualia gaudia, coronaberis de
monte Amanã, hoc est, recipies coronam de triumpho
quam promeruisti de diabolo, qui est mons Amanã,

Ride-
bit in die novissimo, ut mulier verè fortis, cujus dies
novissimus seu mortis, dies est lætitiæ cordis ejus, in
qua & nos exultemus & lætemur, quod proximior sit
ad interpellandum pro nobis, quæ ad directionem re-
manebat in terris, quia, ut præclare Damascenus
habet: Hodie Ades novi Adam paradysum susce-
pit animam, in quo sublata est condemnatio, in
quo

Orat: de Dormit: V.

quo plantatum est lignum vitæ, in quo aperta fuit nos-
tra nuditas,

Non exstinguetur in nocte lucerna
ejus, hoc est etsi moriatur Virgo benedicta, fulge-
bit tamen adhuc nobis, & clarins de cælo, ut regat
foveat, protegat exulantes in hoc mundo: unde di-
xit de ea Augustinus: Si non feceris cæsum, sol iste
non faciet tibi occasum, immò dum miserè labi-
mur, hinc quasi nebula nos tegit, Ab ira scilicet ^{cul: 24.}
Dei, quasi ab ardore solis (glossat Laurentinus) ^{Te-1. 2. coll: 89.}
nui eum, dicens, ne percuteret peccatores; nec dimittam ^{lit: B.}
sed continua precum instantia, furorem ipsius re-
tinebo, Nunc scala nobis effecta est, pons, & iter ad
cælum, ut eam Patres nominant: Tu scala regni
cælestis, & gloria, ait Bonaventura, & Proclus ^{in Hymno}
Episc: Constantinopolitanius dixit: Pons hæc sola ^{Te Matrem}
est, perquam Deus ad homines descendit; & Aug^s
Facta est Maria fenestra cæli, quia per ipsam Deus ^{Ser: II: de}
verum fudit oculis lumen; & per ipsam Deus descen- ^{Nativ:}
dit ad terras, ut per ipsam homines ascendere merean-
tur ad calos,

Tenebræ tuæ erunt sicut meridiæ, quia
Mariæ corpore mortis tenebras ad tempusculum pasien-
te, illicò separata anima, in lucis æternæ meridiem est
constituta: Nunquam enim, ait S. Hieronymus, fuit in ^{in Ps: 77.}
no-

122 nocte, sed semper in die; semper fuit in luce, & nun-
quam in tenebris; & S. Petrus Damianus dixit: Germinat
Virga Jesse de tortuosa & generis humani radice; &
de Patriarcharum arbore in altitudinem erumpens, filio-
rum tenebras nescit; hinc perbenè Damascenus ad Vir-
ginem dicit: Quamvis omnibus Dei servis, quorum
mors beata dicitur, ab ipso vitæ sine istud comparetur;
unde dictum: Ante mortem ne laudes; minime hoc in
te usurpavimus, o Beata Virgo, non te mors beatum
reddidit, sed ipsa mortem exornasti, ut quæ ejus mæ-
stitiam sustuleris, ac morti gaudium esse plenum fece-
ris.

Assistit Regina, à dextris tuis, in vestitu deaurato,
circumdatus varietate; Hic est locus Mariæ in caelo
dextera Filij sui, cujus fulgentissimis induitur fulgori-
bus, quos undique ad nos emittit ut mira varietate
auxiliorum, & gratiarum, Licebit que nobis, inquit
S. Athanasius, ita congruenter dicere, dum ipsam at-
que ejus Filium carniferum respicimus: nunc scilicet
adest Regina à dextris tuis, eo quod secundum sexum
Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debeat.
Aug? ad Mariam: Te rex ipse regum, ut Matrem
veram, & decoram Sponsam præ omnibus diligens,
amoris amplexu sibi associat; unde Anselmus habet:
Ostendat ergo amorem erga Matrem. potest ne,
quæso, ullus hominum aut Angelorum istius amoris

Ser: de
Deipara

Lib: de Excel
Virg: c. 4.

immensitatem penetrare, vel dignitati honoris illius^{23.}
quidquam cogitari percipere, comparabile? ~

Quæ est
istæ quæ ascendit de deserto deliciis affluens, exclamant
Angeli & Cælestes omnes, cum Maria, jam & corpore &
spiritu assumitur in calum: hinc super hæc verba Ri-
thardus Laurentinus ait: Potest esse vox cælestium, Lib: 12. p. 3.
col. 778. tit. c
virtutum stupentium de tam solemnî & admirabili
Assumptione generis humani in B. Virgine, sed &
cum Bernardo deducamus: Præcessit hodie nos Re- Ser: 2. de
Assumpti:
gina nostra, præcessit, & tam gloriose suscepta est,
ut fiducialiter sequantur Somniam, servuli claman-
tes: trahere nos post te, curremus in odorem unguentorum
tuorum... Ascendens quoque in altum Virgo beata, da-
bit ipsa, quoque dona hominibus, & hoc intelligi po-
test in illis verbis: Deliciis affluens ~

Habuit que gra-
tiam & misericordiam coram eo super omnes mulie-
res, quod optime congruit Maria præcipue in cælos as-
sumptæ, cum innixa super dilectum Filium, hujus no- cant 8. 5.
bis acceptam communicat gratiam & misericordiam.
Audiamus Gersonem belle ad intentum sic dicentem. Tract: 2.
in Magnificat.
Magnificata est hodie B. Virgo, ut regina cali, immo &
mundi jure vocetur, habens præeminentiam, & virtutem
influxivam super omnes: principatum habet dimidii reg-
ni

124.
ni Dei, si sic dici potest sub typo Esther & Assueri.
Regnum quippe Dei consistit in potestate & misericor-
dia: potestate Dño remanente, cessit quodammodo mi-
sericordiae pars Christi Matri, sponsaeque regnantis.

Et
posuit diadema regni in capite ejus, fecit que eam
regnare; Hoc ipsum Divina Trinitas prestavit Ma-
riæ, quam in celum assumptam, fulgentissima deco-
ravit corona, universorum que Reginam constituit,
ut merito dicitur Albertus Magnus dixerit: Summa Dei
potentia, scientia, pietas ac misericordia quanta in
Ea operata sint, nec oculis vidit, nec auris audivit, nec
in cor hominis ascendit, & S. Bernardinus Senensis:

in Mariali
cap: 185.

to: 1. serm:

91. art: 5.

infra Trinitatis gloriam, ipsam sola amplius sic evectæ,
ac plus Bealissima Trinitatis diligit gloriam, capit sen-
tit, fruitur, quam omnis alia pura creatura simul sump-
ta, de cujus gloria post filium participant universi.
De hoc habet Suarez to: 2. in 3. p. disp: 22. Sect: 3.

Maria
optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea, quod
de Magdalena vitæ contemplativæ typo dictum applicat
Ecclesia. Maria optimam cæli partem occupavit: unde
Guarrius Abbas dixit: Hoc de Maria sorore Martha
scriptum est; sed in Maria Matre Dñi hodie plenius &
sanctius impletum est; & quidem auctoris Petri
Damianum: Ascendenti Dño, ait, egressa est obviam om-
nis

Ser: 4. de
Assumpt:

Ser: de
Assumpt:

nis illa beatorum spirituum gloriosa societas. Altolle jam ^{125.}
oculos ad Ascensionem Virginis, & salva Christi Filii majes-
tate invenies occursum hujus pompæ non mediocriter dig-
norem; soli quippe Angeli Redemptori occurrere poterunt;
Matri vero Filii ipse cum tota curia occurrens
evexit ad beatæ consistorium sessionis; Mox Bernardus <sup>Ser: 1. de
Assumpt:</sup>
dicat: Maria presentia totus illustretur orbis, adeo ut etiam
ipsa jam cælestis patria, clarius rufilet virgineæ lampar-
dis radiis,

Signum magnum apparuit in celo, cum
Maria gloriam ingrederetur, & ideo tot admiratio-
nibus cælités conclamant: Quæ est ista, quæ ascendit, ^{Cant:}
jam enim cælum ingressa gradus omnes ascensu supe-
rabat donec ad Filii dexteram esset collocata, ut bene
innuit Richardus Laurentinus dicens: Visum est illud <sup>Ser: de Assumpt:
lib. 12. de laud:</sup>
signum in altiori nempe triumphali illo cælo, si quod est
altius, vel superiori parte Emphyrei, ubi est Ethronus divi-
næ Majestatis, quod dicitur cælum Sanctissimæ Trinitatis,
nihil enim creditur altius sede Mariæ, quæ ad dexteram
Filij sedere dicitur in Ethrono Majestatis,

Mulier amicta
sole, Maria sole justitiæ Christo, qui cum in Maria
indui dignatus est humanitate, vicissim suo modo
illam voluit induere divinitatem, ut præ fulgore di-
vinizata appareret, quæ, ut hic ait S. Bernardus, <sup>Ser: in
hoc signum
Magnum</sup>
præ-

126. profundissimam Divinae Sapientiae ultra quam cre-
di valeat penetravit abyssum: ut quantum sine per-
sonali unione, creatura conditio patitur, tunc illi inac-
cessibili videatur immersa. Quia (dicit Pet. Damianus)
tali modo Deus Virginem iaduit, & in virgine indu-
tus est, ut meliori non posset. Max. S. Ildelfonsus: Ma-
riam velut ignis ferrum, spiritus sanctus totam de-
coxit, incanduit, & ignivit; ita ut in ea spiritus S.^{ti}
flamma videatur, nec sentiat nisi tanquam ig-
nis amoris Dei.

Serm. 1.
De Assumpt.

Et Luna sub pedibus eius, quia jam immutabiliter glorificata, non cali-
solum Regina, sed mundo variabili constituta
est Dominatrix suprema; atque variationum nos-
trarum directrix piissima, ad constantem nos diri-
git, & adjuvat virtutis sectationem: sic Bernardus
hic: jam si Ecclesia Luna intelligenda videtur vo-
cabulo, quod videlicet non ex se splendet, sed ab
eo qui dicit, sine me nihil potestis facere; habes
Mediatricem evidenter expressam. Amplectamur
Mariae vestigia, & devotissima supplicatione bea-
tis illius pedibus provolvamur; & Hieronimus de
Mariae immutabilitate intelligens dixit: Etsi mira-
bilis est eorum sanctorum Angelorum virtus firmi-
tas

In Signum
magnum.

vel Sapient.

Ser. de Assumpt.

tas perpetuitatis, mirabilior tamen in Maria, quam ^{127.}
obumbravit virtus Altissimi;

Et in capite ejus corona stellarum duodecim, ut enim Maria in majestatis solio constituta est, à beatissima Trinitate coronata, & Universi Regina renunciata est: Signum sanè (clamat Bernardus) stellis coronari caput, quod ipsis longe clarius micans ornet eas potius, quam ornetur ab eis: quidni coronent sydera, quam sol vestit, illas duodecim stellas, intellige vel tot Angelorum, vel tot Beatorum series; vel cum non patris duodecim Apostolos: Rupertus autem sic illam Coronam explicat: lib. 3. in Cant. Credentium salus corona tua erit; itaque coronaberis, ut in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina sis Regnorum; atque in hoc intuitu Reges, atque Imperatores coronis suis te coronabunt;

Vidi civitatem sanctam Hierusalem novam, ex Maria ingressu novis resurgentem, splendoribus, & nova accidentali gloria coruscantem: sit ex mente S. Anselmi dicentis: Dies Assumptionis, non solum te, Dña, ineffabiliter sublimavit, sed cælum ipsum quod penetrasti, nec non cuncta, quæ in eo sunt, nova & ineffabili gloria decoravit. cum tu Dña illic ascendis, nova illud, & præcellenti virtutum tua- De excellent: B. Virginis

128. tuarum dignitate irradias, immensaque miseratio-
num tuarum, & gratiarum luce perlustras. & Divus
Ser. 6. de Assumpt: Aldephonsus ait: Quando hodie B. Virgo in caelestem
Jerusalem evehitur, non duo jura, quin illa centum qua-
draginta quatuor millia, qui in conspectu throni sunt,
textentes citharas suas cecinere cum omni fragore
caeli canticum novum, quod nemo potest dicere nisi
ipsi, ~

Similem Filio hominis, cujus Mater cum sit
& sibi quoad humana perfecte assimilavit, & sibi in
virtutibus, & gloria quam maximè assimilata est, ut
bene Arnoldus Carnotensis dixerit: & Filii gloriam
cum Matre, non tam communem iudico quam eam-
dem, S. Anselmus Quashionem instituens chr. Christus
ascendens Mariam secum non detulerit? respondet. For-
tasse, Domine, ne tuae caelestis Curiae veniret in du-
bium, cui potius accederet, tibi videlicet Dño suo,
an ipsi Dñe suae. & Abbas Guarricus ait: in ipsa
quippe, & ex ipsa, Sapiencia edificavit sibi domum
& in ipsa paravit sibi thronum, cum in ea, & ex ea cor-
pus aptavit sibi, ita ad omnia perfectum, & congruum
ut & domus ei sit ad quiescendum, & thronus ad
judicandum, quod 1º ei tabernaculum, fuit ad pugnan-
dum, & cathedra ad dicendum. ~

De laud.
Mariae.

De excell.
Virginis.

Serm. 1. de
Annuntiat:

S. VII. Appendix præcipua-^{129.}
rum Maria excellentiarum, & Vir-
tutum per Sacram Scripturam de-
lineatarum

Placuit hic ad laudum Maria calcem, illa-
duodecim Principia attingere, quæ Pissimus Scrip-
tor S. Franc. Garau. consulto præmisit in suo Opere Dei-
paræ elucidata, cum per illa, optimè stabiliatur tan-
ti objecti excellentia, & laudum ejus norma perfec-
ta. Virtutes quoque præcipuas hic duximus expen-
dendas, ut qui in præcedentibus demiranda, nunc quo-
que educamus imitanda ex Virgine, quam jure
Ambrosius appellavit normam virtutis, speculum
mentis, figuram probitatis,

lib. 2.
De Virginib.

N. I. Pro excellentiis Principia

1. Maria uno Deo inferior.
2. Deiparæ dignitas quæ talis, omnium excellentissima extra Deum
3. Maria perfectio ejus dignitati admetienda
4. Maria gratia est creature possibilium summa
5. Maria donorum Dei omnium principium quasi universale passivum.
6. immo & activum post Christum
7. Unus Deus Maria Archetypus, & idea: ipsa creaturarum om-
nium, post Christum, primum exemplar.
8. Deiparæ privilegia per Dei omnipotentiam metienda.

9. Maria extra Deum maxima Dei ostentatio.
 10. Maria dignitas admirari potest potius, quam laudari.
 11. Creaturarum omnium dominio Regina potens Maria.
 12. Respectu omnis pure creature Maria primogenita veneratur ~

Serm: de
 Laud: Virg:
 Luc: 7.
 l. i. c. 4.
 1. Grad: de
 Nativ: Virg:
 Ps: 67.
 Pro Primo facit, esse dictum S. Epiphanii expressum,
 & piorum omnium equivalens. S. Anselmus: Nil æ-
 quale Maria. Nihil nisi Deus majus Maria; hinc
 ab Angelo vocatur Gratia plena, benedicta inter
 mulieres, cum qua Dñs est, super quo Richardus
 à S. Laurentio: Omnis alia creatura aliquid habuit
 vacuitatis, quia majorem gratiam recipere potuit;
 ipsa autem sic usquequaque gratiâ plena fuit, quia
 majorem gratiam habere non potuit, nisi ipsa divi-
 nitati uniretur, hoc est nisi ipsa esset Deus, & Damas-
 cenus ait: Clarissimus mons Virgo, qui omnem collem
 ac montem, idest Angelorum & hominum sublima-
 tem exsuperet. Mons Dei, mons pinguis, coagulatus,
 in quo beneplacitum est Deo habitare, ~

Pro 2. au-
 3. p. q. 27. Di S. Thomam, Doctorem Angelicum dicentem: Ma-
 nifestum est, quod major gratiâ non potest intelligi
 pure creature participari, quam esse Matrem Dei,
 Pet. Damianus: Habitat Deus in Virgine, habitat &
 cum illa, cum qua unius nature habet identitatem,
 unde Petrus Cellensis dixit: Si celi Reginam, si Ange-
 lorum

lorum dominam, vel quodlibet aliud excellentissimum ^{137.}
tam ab uno corde, quam ore excogitatum profuleris, non
assurges ad hunc indicibilem honorem, quo creditur &
prædicatur Dei genitrix, & Anselmus dixit: Hoc solo ^{De excel:}
lum de Sancta Virgine prædicari, quod Dei Mater sit, ^{Virg: c. 2.}
excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel co-
gitari potest.

Ad 3^{um} pertinet in primis ratio Divi ^{3. p. q. 27.}
Thomæ dicentis: ^{art: 1.} Rationaliter creditur, quod illa quæ
genuit Unigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis,
præ omnibus aliis majora privilegia gratiæ acceperit,
item S. Laurentij Justin: Decebat propterea, ut immaculata ^{Ser: de}
ta eset mente, & corpore sancta, gratiæ plena, meritis lo- ^{Mat: Virg:}
cuples, virtutum universarum varietate decorata, quæ
de celo suscepit Verbum, S. Thomas Villanovanus ^{Conc: 2.}
Quanam, obsecro, pulchritudo, quæ virtus, quæ perfectio ^{de Mat: V.}
quæ gratiæ, quæ gloria, Matri Dei non congruit? Unde
de & ipsamet Virgo in suo Cantico omnia pau-
cis complexa est dicens: Fecit mihi magna, qui ^{Suc: 1.}
potens est.

4^{um} aperte protulit Epiphanius, cum ^{Orat: de}
dixit: Gratiæ sanctæ Virginis est immensa, & S. Bo- ^{Sais: V.}
naventura, ait: Immensa certè fuit gratiæ, quæ ipsa ^{Spec: c. 5.}
plena fuit, S. Anselmus sic ad ipsam Virginem post ^{Excell: V.}
ejus laudes loquitur: Quid amplius dicere possum ^{c. 8.}
Gna,

jm-

132 immensitatem quippe gratiae, & gloriae, & felicitatis suae considerare incipienti, & sensus deficit, & lingua fatiscit. Gregorius Neocasariensis: Verè enim

Ser: 1. de
Annunt:

Arca est Sanctissima Virgo, intrinsecus & extrinsecus decorata, quae universum sanctificationis thesaurum suscepit, ac Bernardinus Senensis: Patet inquit, quod excepto Christo, tanta gratia a Dño Virgini data est, quantum uni creaturae pura dari possibile esset.

Co: 1. Ser: 6.
C. 10.

5^o Equivaleat dictum S. Thomae

Ser: 3. de
Nat: V.

de Villanova pium & acutum: Sicut in creatione mundi, dicit, in homine collecta est omnis creatura, & ideo Microcosmos dicitur; sic in reformatione mundi in Virgine collecta est omnis Ecclesia, & Sanctorum perfectio, unde Microcosmos Ecclesiae dici potest; estque velut Patrum & Theologorum axioma, quod in Mariam omnium bona confluerint; hinc S. Hieronimus eam vocat Hortum Deliciarum, in quo consita sunt omnium florum genera, & odoramenta virtutum; & Gersonus post plura concludit: Erunt igitur in eà perfectiones creaturarum irrationalium, & rationalium etiam Angelicarum, eminenti quodam modo reperibiles, & attribuibiles.

Ser: de
Assumpt:

Ser: de Nat:

Ser: de
Aquaductu

protestatur S. Bernardus cum ait: Tollis praecor.

cordium affectibus Mariam hanc veneremur, quia ^{133.}
sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit
per Mariam, qui plenitudinem totius boni posuit in
Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid
gratiae, si quid salutis, ab ea noverimus redundare.)
S. Irenaeus: Quid est, rogat, quod sine Mariae consensu
non perficitur mysterium incarnationis? Quia nempe
respondet vult illam Deus, omnium bonorum esse princi-
pium, Tandemque Sophronius: In Christo, inquit, fuit
plenitudo gratiae, sicut in capite influente; in Maria
verò sicut in collo transfundente.)

Sib: 5. contra
Valentin: c. 33.

Ser: de
Assumpt:

Tum vel ipsa Vir-
go insinuat cum dicit Prov: 8. Dominus possedit me in ini-
tio viarum suarum. Damascenus autem ait: Ma-
ria est caelum animatum, humanae naturae venustas; i-
mago denique Dei perfectissima creata, in qua se Deus
velut in fonte inturbido omnis pulchritudinis contempla-
tur, & gaudet. Chrysostomus: A te omnis virtutis ap-
paratus petendus. Tu, Virgo es puteus semper aquae
viventis, fons aquarum viventium, quae sterilem mun-
dum rigant, & Gersonus: Elegit Deus facere, & for-
mare Dominam secundum sapientiam suam infinitam,
talem, qualis pertinebat ad eum Mater, ad eum, inquam,
qui in caelis habeat Patrem.)

Orat: 1.
de Matr:

quid Garau
hic.

Ser: de
Concept:

Jun

134. *Quum* clare usurpatur à Patribus & Docto-

in festo
Concept: q. 3. ribus: Guillelmus Parisiensis ait: Quod potuit
Deus facere, fecit: nulla enim dignitas conveniens Vir-
gini est ab ea auferenda: hancque regulam tradunt
to: 2. in 3.
Disp: 3. s. 4. in terminis Eximius Suarez, Adulus Vazquez, Valen-
tia, & passim alij Doctores apud Garau citatum. S. Au-
to: 9. tr: 14.
Sup: Magnificat gustinus dixit: Audacter promittio, quod neque ipsa
beata Virgo plenè explicare potuit, quod capere potuit,
Lib: 8. c. 6. & Richardus à S. Laurenthio ait: Unde de ea dicit
Christus Ps: 59. 4. 8. Convallem tabernaculorum melior;
quia solus Christus pensare sufficit magnitudinem
Matris suæ.)

to: 3. ser: 11.
ar: 1. c. 2. in 9. confirmationem audi Bernardi-
num Senensem ad illud Ps: 8. 2. Elevata est magni-
ficentia tua super caelos, dicentem: Singularis magni-
ficentia Dei filii Beata Virgo, quia in ejus exaltatione
plus magnificatur, & etiam in ejus humiliatione, devo-
tione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fru-
itione plus magnificat Dnum, quam omnis creatura
alia simul sumpta; hinc rectè de Maria dixit Andre-
Orat: de
Dormit: M^e as Cretensis: Hæc est declaratio occultorum, & profun-
dorum divinæ incomprehensibilitatis: summa divi-
norum oraculorum: Divini Archetypi imago;
veritas patet ipsa experientia, ubi quidquid laudat
tes

tes dixerimus, minus esse comperietur, quam quod
 pii valent concipere, hoc quæ. longè adhuc inferius
 ipsa reali *Marta* dignitate, cui prædicanda cales-
 tis ac terrena lingua minime sufficit, imò nec Ange-
 lorum, ut ait *Epiphanius*; & *Damasceus*: ipsa, in-
 quit, encomiorum omnium legem excedit. *S.* verò *All-*
gustinus: *Etsi omnium nostrum membra verterentur in*
linguas, eam laudare sufficiat nullus. Altius celo est de
qua loquimur. Abyssus profundior, cui laudes dicere co-
namur. Quid dicam pauper ingenio, cum de te quid
dixero minor laus est, quam tua dignitas meretur,
Hinc est, inquit Bernardus, quod & ipsi caelestis curiæ
Principes in consideratione tantæ novitatis clamant
non sine admiratione: Quæ est ista. Hærent, & stupent
notat Philippus Abbas, neque dignè sufficiunt admira-
ri, nec inveniunt, quibus eam laudibus possint congruè
venerari, S. sancti Evangelista de ejus laudibus silent,
quoniam ineffabilis est ejus magnitudo, ait S. Thomas
à Villanova

Pro H. firmando habes Petrum La-
mianum, Mariam ipsam sic alloquentem: Fecit in te
magna, qui potens est, & data est Tibi omnis potes-
tas in celo, & in terra, S. Bonaventura dixit: Virgo
revera est Dña caelestium, terrestrium, & infernarum

Orat: de
Saul: Virg.Orat: 2. de
Assumpt.Ser: 2. de
Assumpt.Ser: 4. de
Assumpt.l. 4. in Cont:
Cap: 1.Ser: 5. de
Nat: Virg.Ser: de
Nativit.in Spec:
Cap: 3.

De Excol. 7.
c. 11.

S. Anselmus: Sicut Deus sua potentia parando cuncta, Pater est, & Dominus omnium; ita Beata Virgo Geignitrix, suis meritis cuncta reparando Mater est, ac Domina

1. 4. de fide
cap: 19.

rerum; Damascenus: Verè rerum omnium conditarum Domina effecta est, cum Creatoris mater exhibit, & S. Antoni-

4. p. tit. 15.
c. 22. §. 9.

nus: Maria, propter Christum, imperatrix est, & Monarcha mundi, & ad illud Apoc. 12. 1. & Luna sub pedibus

sup: c. 20.

ejus, ait: Calcabat lunam, quæ Ecclesiam significat & est sub pedibus Virginis, non tantum sub ejus patrocinio, verum etiam sub ejus Dominatione, & potestate, 12^{um}

Ecol: 2. 4. §.

profiteatur ipsa Virgo, ubi dicit: Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam, quod Maria dictum passim attribunt Doctores: Sic

Serm: de
Concept:

Domina hæc sanctissima (ait Gerson) non videtur hominum filia, sed Dei, tanto excellentius, quanto illam omnibus præferri oportet. Richardus Saur: sic habet: Maria primum opus Dei dignitate, & præfiguratione, dicit enim: Dominus creavit me in initio viarum suarum, id est, ab æterno creata sum in præscientia Dei, vel prævisa creari quodam privilegiato modo, Damascenus illam vocat Nahiræ reginam, ac nostræ

l. 4.
col: 216.

massa primitias; s. Bernardus: De hac, & ob hanc, & propter hanc (nempe Mariam) omnis scriptura facta est; propter hanc totus mundus factus est. Finem

Orat: 3. 2.
Nati: Virg:

fa-

Ser: 3. sup
Salve

fa-

faciamus per ipsius Magni Augustini verbis: O! Maria^{137.}
multum gaudeo, multum audeo. nos enim Tibi, Te que
nobis mira vicissitudo confederat, ut scilicet pro nobis ha-
beas, id esse quod es; nos verò id esse quod sumus... ut quid
enim fieret Mater Salvatoris, si nulla esset indigentia salu-
tis,

N. II. Pro Virtutibus Textus.

- Fides.** Non exstinguetur in nocte lucerna ejus. Prov: 31. 18.
Spes. Dixit Mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Jo: 2. 5.
Charitas. Ego Mater pulchra dilectionis, & timoris. Eccl: 24. 24.
Castitas. Virum non cognosco. Luc: 1. 34.
Humilitas. Respexit humilitatem ancilla sua. Luc: 1. 48.
Misericordia. Dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Joan: 2. 3.
Prudentia. Maria autem conservabat omnia verba hæc. Luc: 2. 19.
Modestia. Fili, quid fecisti nobis sic? Luc: 2. 48.
Pietas. Magnificat anima mea Dñm. Luc: 1. 46.
Benignitas. Intravit in domum Zachariae, & soluta ut Elizabeth. Luc: 1. 40.
Fortitudo. Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus. Jo: 19. 25.
Sapientia. Os suum aperuit Sapientia. Prov: 31. 26.
Paupertas. Non erat eis locus in diversorio. Luc: 2. 7. C13.
Patientia. Accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Matth: 2.
Justitia. In me gratia omnis via, & veritatis. Eccl: 24. 25.
omnis viri in viis justitia ambulo. Prov: 8. 20.
Excelsa. Tu supergressa es universas. Prov: 31. 29.

Non exstinguetur in nocte lucerna ejus; belle his
adumbratur fides Maria, quæ longè, alius quàm
Abraham, contra spem in spem credidit Angelis, quan-
tum vis eam dubitationis circumdarent tenebre dum
aiebat: Quomodo fiet istud? ardebat lucerna ejus in
cordis voluntate, quæ dixit: Fiat: unde audivit: Beata
quæ

138. quæ credidisti, perficientur in te quæ dicta sunt tibi;
benè S. Ambrosius docuit: Maria non dixit: Unde hoc
sciam, sicut Zacharias, nec quid simile, sed, Quomodo
fiet? Negat ille se credere, qui negat se scire; ista se
facere proficitur; nec dubitat esse faciendum, quod
quomodo fieri possit inquit;

Dixit Mater eius
ministris: quodcumque dixerit vobis facite; in quo
spei excellentissima præbuit exemplum, quæ postquã
à Filio audiverat: Quid tibi & mihi est Mulier, ab
eo tamen firmiter sperabat exequendum quod roga-
verat, simul quæ nos docuit media quæ possumus po-
nenda deo impetrandum quod petimus: & quæ tan-
tæ spei in vltâ decursu extenuit opera; nunc passiva

Eccl: 24. existit spes nostra, & sanctæ spei Mater, quam meritò
sic affatur Augustinus: Per te speramus delictorum
ventam, & in te, Beatissima, nostrorum est expecta-
tio præmiorum, & Epiphanius dixit: Mariam in-
terpretari solemus Spem, atque Spem, peperit enim
Dñum, qui est spes totius mundi;

Ego Mater pulchre
Dilectionis, & timoris; utique Charitas Mariæ potius
Admirationi, quam imitationi foret proponenda; quæ
ut ait Guillelmus Paris: tantam in se ipsam de calo-
re superveniens Spiritus sancti flammam pii amo-
ris

ris concepit, quantum capere potuit puri hominis mo-^{139.}
dus, Verum, ut bene Richardus à S. Victore, Quoddam ^{Tract. de}
men, ait, in hac vita mortali, sicut à nemine constat pos- ^{Grad. Charit.}
se impleri, ita ab omni homine debet optari, sed quia ^{c. 2.}
Mater, & Magistra, quoque Dilectionis qua nos decet,
primum & maximum implere mandatum, unde simile
Timoris, ne à sapientia in itinere aberremus filialem Dei
timorem negligentes. Secundum item nos docuit operari
mandatum primo simile, quo ipsa omnium advocata
& amans exhibet patrona, ut Doctè dixit Idiota: ^{Jordanes.}
ra illi est de omnibus, & sic nemo est qui se abscondat ^{f. de Convul. v.}
à calore ejus, ^{cap. 1.} Ps. 137.

Virum non cognosco, quibus possibi-
le maximum posuit Maria totius puritatis, & Vir-
ginitatis exemplum, quod utinam sequerentur respecti-
vè mortales omnes, nullus inquinamenti complicem agnos-
centes, sed singuli pro status ratione immaculatam con-
tinentiam servantes, in honorem & imitationem tanti
Exemplaris Mariae, quam S. Isidorus Caput Virginum, ^{de offic. Eccl.}
merito dixit, ut quæ prima omnium Virginitatis voti
emisit; Anselmus Mater virginitatis, Ambrosius, Vir-
ginum vexilliferam appellarunt: Unde, ait Hugo Victor, ^{to. 2. l. 1.}
merito ei soli datum est, ut Dei filium pareret, & Virgo ^{de Virginit. M.}
permaneret, ut quia prima fecunditati carnis virgi-
nita-

140. nitatem prætulit, nunc & secunda sit in carne, & integra in virginitate,

Respexit humilitatem ancilla
suae, faciendo ei magna qui potens est, & in Matrem
sublimando se humiliter profitentem ancillam: hinc appo-
sité Richardus Laurentinus ait: Quia se humiliter, quod
erat, ancillam cognovit, ideo, quod non orat, sublimiter
esse Matrem promeruit, & S. Bernardus: Nescit Maria
insolescere gloria: Mater Dei eligitur, & ancillam se no-
minat; non mediocris revera humilitatis insigne, nec obla-
ta tanta gloria oblivisci humilitatis. O! verè beata hu-
militas, exclamat Augustinus, quæ Deum hominibus
peperit, & scala fuit, per quam nobis descendit Deus,

Vinū
non habent, dicebat Maria, super indigentiam alienā
miserata, & pro pauperibus intercedens: hinc Richar-
dus Victorinus in illud cant: Duo ubera tua sicut duo
hinnuli, perap̄te dixit: Adeo plebata replentur ubera tua
(virgo benedicta) ut alicujus miseria notitia tacta, lac
fundant misericordiae; nec possis miseras scire, & non
subvenire, & S. Bernardus: Latitudo misericordiae ejus
replevit orbem terrarum, ut ejus quoque misericordiā
plena sit omnis terra. Discamus miseris compati
ut possimus tantam Deipare misericordiam dignius
promereri

Maria

L. 4. col. 208
Ser. 4. sup.
Mijus.

Ser. 1. de
Assumpt.
apud Cafenam
Corberji.

Ser. 4. de
Assumpt.

Maria autem conservabat omnia verba haec, ut 147.
Virgo Prudentissima, conferebat audita, cum eventibus
& media seligebat ad finem suum conducentissima; tace-
bat, & prudenter se ignorare dissimulabat usque dum
prenota implerentur. Sic prudentis est, teste Euthymio, ^{apud Sylvestr.}
ignorantiam quandoque fingere, ut etiam ex ore illorum
audiat, quae à corde eorum cognoscebat; Hinc Scriptura ^{Ps. 36.}
habet: Os justi meditabitur sapientiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium, hoc est verba sacra prius silentio pensan-
da, ut rectum de iis postea proferatur iudicium. suo tem-
pore: Quapropter monet Augustinus: Liberat à laqueo <sup>Apud Baerz
s. 14. c. 18.</sup>
verbum Dei in corde, liberat à via prava, liberat à lapsu,
& quia Christus monuit, ut simplices simul sicut colum-
bae essemus; sic Maria, in illa auditorum conservatio-
ne perfectam sectabatur simplicitatem, & in conferentia
eorundem prudentiam altissimam.

Fili, quid fecisti nobis
sic, arguebat Mater modestissima, non oburgans, sed omni
moderatione dolorem significans, ut bene explicat Cajetanus <sup>apud Sylvestr.
l. 2. c. 7.</sup>
Non quaerit causam, cur fecerit, cur inhilerit eis dolorem,
sed affectum manifestat, solum apparenter arguens, sed nul-
latenus redarguens. Sed huius Virginis Modestiam audi à S. ^{s. 2. de Virg.}
Ambrosio: Virgo erat non solum corpore, sed etiam men-
te. verbis gravis, animo prudens, loquendi parcius, legen-
di studiosior... Nihil forvum in oculis, nihil in verbis pro-
ca.

142. *cax, nihil in actu inverecundum. Non gestus fractior
non incessus solutior, non vox pehulantior: ita ut
ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura
probitalis,*

*Magnificat anima mea Dominum, intonat
in Deum piissima Virgo, vel ipsis Angelis canendi di-
vinae laudes Magistra, & ut ait Richardus Laurentin:
ipsa dux est chori Virginei, de quo dicitur Apoc. 14. 3.
Nemo poterat dicere Canticum nisi qui empli sunt de ter-
ra, & quidem isthoc Mariae Canticum jurè dixeris
Canticum Canticorum, in quo & Deum laudandi norma
praestatur omni ex parte perfecta, & impetrandi mo-
dus undequaque aptissimus, se nempe humiliando, &
Dei dona exaltando, omnesque Religionis actus mys-
teriose prorsus exerendo: unde idem Richardus
dixit: Maria dicitur magnificentia Dei, quia mag-
nificata est à Deo, & magnificavit Deum; passivè,
quia fecit illi magna qui potens est: activè se tan-
tum sub eo humiliando: sicut quod in se non mo-
vetur, alterius humiliatione exaltatur,*

*intraivit in
domum Zachariae, & salutavit Elizabeth, undique
benigna, & benefica; inde est, quod teste Bernardo,
Dei's omnia nos habere voluit per Mariam; & datus
rationem dicit: O homo, quia indignus eras cui do-
naretur*

f. 4. col.
299.

ibid.
Col. 228.
Lit. E. T.

Ser. 3. in
Vigil. Anniv.

naretur, datum est *Marie*, ut per illam acciperes quid ^{143.}
quid haberes; & ille *Richardus*: Sape, quos iuste lapid (l. 1. col. 416.
se damnaret *Patris* iustitia, clementer liberat *hujus* Ma- Lit. E.
tris misericordia; ac iterum *Bernardus*: Ea est, inquit, ^{Super Signum}
quæ velut alterum solem inouit sibi: ipsa quoque præ- Magis.

terita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, om-
nibus clementissimam præbet, omnibus denique necessitati-
bus amplissimo quodam miseratur affectu. Stabat iux-
ta Crucem *Jesu* Mater ejus, utique fortissima, cum om-
ni dolore fortior mortiferos tolerabat animi cruciatus, to-
ties animo suo dominata, indeque super omnia victrix,
& jure *Mulier* illa fortis jam inventa, de ipso demone
triumphans: Pulchrè hic *Bernardus* ad illa *Genesis* 3. 15.
verba: inimicicias ponam inter te & mulierem. Cui, ait, ^{Hom. 2.}
hæc servata victoria, nisi *Marie*? ipsa proculdubio ^{sup. Misus.}
caput contrivit venenatum, quæ omnimodam malign-
nt suggestionem, tam de carnis illecebra, quam de men-
tis superbia deduxit ad nihilum: Ecce fortitudinem *Ma-*
rianam, quæ *Filio* mundum, & infernum superanti
a deo constanter assistit, & ipsa convincens & superans,
ut illi cæli ac terre *Athlanti*, pro *Heracle* exhibere
merito dici possit.

Os suum aperuit sapientiæ, quæ
erat

144 erat tam in cogitatione, quam in verbis, & operibus
sapientissima: nam, ut rectè Dion: Carthusianus ar-
guit, Superfluentis fons sapientiae Christus Dominus in-
quid fortius ageret, & sapientiae unctionem transfun-
deret, quam in propriam Genitricem? ideo quæ vera
sapientia radios plenius ab ipso sortita est, factaque
est ei uti in sanctitate, sic in sapientia quoque quæ-
simillima, & quidem verè domus est, quam sibi ædi-
ficavit sapientia, non qualibet, sed sapientia æterna
domus in qua habitaret, ut in aula tanto digna
Principe

Non erat eis locus in diversorio, ut pauper-
tatem sectantibus; decebat quæ paupertatis amantissima
esse, quæ mundanas divitias calcaturum Dominum edituram
erat in presepio, sustentatura manuum labore, nudam
in cruce visuram; sic in Purificatione pauperum illa-
tionem fecit; licet enim, ut notat a Lapide, tres Reges
magnam vim auri Christo obtulissent, tamen Beata
Virgo paupertatis studiosa, & quia statu, & conditio-
ne erat pauper, inter pauperes censi voluit, & pau-
perum munus offerre: Dei namque filius, ut habet
Chrysostomus, non divitem, aut locupletem aliquam
feminam sibi Matrem elegit, sed beatam Virginem
illam cujus anima virtutibus ornata erat.

Accipe

Accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, ubi patientissima Virgo, & itineris labores, & Filij servandi anxietates habuit sustinendas; ipsa enim ait Chrysostomus, quae nunquam domum suam fuerat egressa, tam ærumnosa conficere iter iubetur. Nec verbum illud legimus in tot ærumnis pronuntiasse, vel ad solatium, omnia namque conferebat de more, in corde suo, verè possidens in patientia animam suam. Luc: 21. 19. quia ut beatus Gregorius: Per patientiam possidemus animas nostras, quia quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. Tantaque in adversis patientia promeretur Virgo à Deo, ut & gaudia committeret, ut advertendum monet Euthymius dicens: Disce Deum tristibus læta conjunxisse: Primum suspicio habita est de Virgine, deinde ex partu gaudium. Rursum fuga in Aegyptum, postea autem illinc revocatio. Item melius propter Archelaum, deinde requies in Nazareth.

Homil: 8.

Hom: 34.
in Evang:

Apud Syl-
vegram hic.

In me gratia omnis viae, & veritatis, ut in qua iustitia universalis resplendit virtutum omnium. Maria enim, ait S. Bonaventura, singulariter tam corpore quam anima est aula Dñi, domus Dei sanctissima, de qua in Psalmo dicitur: Domum tuam, Dñe, decet sanctificari. Atque ut Ivo Carnotensis loquitur, Carnem de eius carne sumens, eandem in divinitatem munditiam transformavit.

in Spec:
c. 8.

Ser: de
Nativ:

Orat: 2.
De dormit:

vit: clamemus cum Andrea Grefensi: O! nubes tota
lucida: tu enim verè es, quæ tota pulchra es, & ma-
cula non est in te. O sancta & sanctis sanctor, & om-
nis sanctitatis sanctissime thesaure;

In viis justitiæ
ambulo, in medio semitarum judicii, sed & particula-
ris justitiæ virgine decorata quoque est Maria, dans
unicuique quod suum est, & ut præceperat Dñs red-
dens Cæsari quod est Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo.
Ita tamen se constituit in medio semitarum judicii,
ut de se semper in clementiam protendat, medians ut-
rique in justitiæ semitis cum in iis peccator occurrit
Deo judici irato: hinc benè interrogat noster Garau:
Sed quid, ò misericors Virgo, quid tibi cunctis viis justitiæ?
an non tu misericordiam via es? Ita, respondet,
sed in illis viis dicitur ambulare, quasi ex transitu, am-
bulat, ut quantum possit vel in ipsis secum misericor-
diam introducat: uti innuit Laurentinus cum ait: Da-
bat autem Deus filium suum in Patrem, & Regem
justitiæ, & ad ejus justitiæ moderandam dedit nobis
Matrem pietatis, & Reginam misericordie. Unde Filii
justitiæ & Matris misericordie dicunt quasi ad invi-
cem, sicque mirabiliter mediat Maria in viis
justitiæ, ut ad invocatione sua causam nostram alias
per-

perditam, reducat ad suavem aequalitatem, ut in pos- 147.
terum per gratiam preponderent merita demeritis.

Tu
supergressa es universas, creaturas in gratiis & virtu-
tibus superavit summē Maria; quia ita ait Petrus Dam: Ser: de
Si ceteris per partes Spiritus adfuit, Maria tamen tota Assumpt:
plenitudo gratiae supervenit; S. Anselmus dicit: Pura De Excel. 7.
sanctitas, & sanctissima puritas piissimi pectoris ejus, cap: 9.
omnem omnis pure creaturae sanctitatem transcendens
incomparabili sublimitate, hoc promeruit, ut reparatrix
perditi orbis dignissime fieret; & ad textum appositum
S. Bonaventurae ait: Supergressa est Maria cunctas, si- in Spec:
lias, idest, universas animas, & universas intelligentias. cap: 10.
supergressa est in natura, supergressa est in gratia, su-
pergressa est in gloria: quid de divitiis omnium illi de-
fuit? sed desunt verba quibus pro devotione Mariā
exaltemus; immo & respectivē pauca quae cogitamus
verbis exprimere satis non valemus: unde reverenti silen-
tio à pluribus abstinemus eloquendis, piam Matrem
exorantes, ut quae pauca haec nos scribere per-
misit, plurima donet mente concipere, &
affectu prosequi in Qui honorē,
gloriam, & magnificationem



Ca-

Caput III.

Ioseph Sponsus Mariae

Tertiam Familiae Sanctissimae Personam
 in oculo nostro delineandam suscipimus, Patriar-
 charum excellentissimum, Virorum felicissimum,
 & inter ceteros intercessionem potentissimum Sanc-
 tum Ioseph, qui & Mariae verus Sponsus exhi-
 tit, & Hominis-Dei Pater dignè putatus est;
 de cuius historiam texendam pauca omnino
 ex textu sacro eruere dabitur, sub quibus ta-
 men quae in Probatis Auctoribus erit invenire
 consuevit insinuabimus brevitate: ipsum horum
 obiectum exoramus, ut ea nobis dictare non dedi-
 gnetur, quibus benignè permiserit a nobis hic lau-
 dari

S. I. Sanctus Ioseph in Antiquo
 Patriarcha praesignatur

Textus: Jacob autem genuit Ioseph. Matth: 1. 16.
 Ioseph, qui fuit Aeli. Luc: 3. 23.
 Ioseph filii David. Matth: 1. 20.
 Ioseph, autem (vir eius) cum esset iustus. Matth: 1. 19.
 Filius accrescens Ioseph filius accrescens. Gen: 49. 22.
 Ioseph igitur ductus est in Aegyptum } Gen.
 Sicut quae Dominus cum eo... benedixit quae Dominus } 39.
 Quomodo ergo possum hoc malum facere? (Domini

Joseph à Deo in Filii sui putativum Patrem,
verum que Maria Deipara sponsum, preelectus,
sublimibus sanè vel ab initio excellentiis decoratus
est. Filius fuit Jacob, ut habet S. Matthæus, quem
Patres censent Locutum de Patre ejus naturali, S. ve-
rò Lucam illum vocantem filium Heli, de adoptivo;
fuit que de regali Davidica familia; fuisse in utero
sanctificatum censet Gersonus, & alii non nulli, quod Homil: de Nat: B. M. V. & 3. p. Niphab.
tamen alii non audent asserere: hoc verum, quod si
post Deiparam alicui alteri Deus id concessisse
censendus est, sanè & S. Josepho ejus sponso, ut ha-
bet à Lapide. De pueritia, infantia, pubertate,
aut adolescentia S. Josephi, nil prorsus legimus
in sacro Codice, ubi solum de eo incipit mentio fieri
jam ut Viro, sed justo, quasi nobis innuere vellet
S. Spiritus, in tanto Viro solam esse contemplandam
justitiam: quare, & nos hic primò eum in illo
Patriarcha primævo figuratum consideramus,
dein per partes precipua movè nostro attachu-
ri

Jacob autem genuit Joseph, vel in paren-
tum

156. tum nomine voluit Deus esse similes duos Josephos, quorum & idem erat nomen, quod sonat Aug-
mentum, quod in utroque apprimè verificatum est.

Hom: 2.
sup: Missus.

hinc dicit S. Bernardus: Quis, & qualis homo fue-
rit beatus Joseph, conjice ex appellatione... simul
& memento magni illius quondam Patriarchæ.
& scito, ipsius Ishum, non solum vocabulum fuisse
sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam
assecutum, & gratiam.

Joseph, qui fuit Heli, adop-
tivus nempe, ut innuimus; sed & merito citatur Heli
quod nomen vertitur Oblatio, ut sanctum nostrum
suavissimam Deo oblationem exhibisse deducamus,
qui semper accrescens virtutibus, harum fragrantia
incessanter emittebat in cælum; nam, ut ait S. Bas.
Ambrosius: Ubique in Josephi iusti gratia, & perso-
na servatur; & Chrysologus: Joseph ergo pius, quia
iustus; & iustus, quia pius.

L. 2. in
Luc:

Serm.
144.

Joseph filii David,
item filius David dicitur, quia ex David proge-
nie oriundus. S. Paschasius ait: Joseph, inquit An-
gelus, filii David; ac si palenter dicat, recognosce
quod dictum sit domui David, quia quod ibi pro-
missum

L. 2. in
Matth.

misum est ex Prophecia, jam in senē adimpletum est, ^{157.}
Congruē item & istius Joseph progenitoris nomen de-
claratur, quod cum Dilectus vertatur, appositē de
genere dilectorum censeatur Joseph nosse, tot divi-
næ dilectionis muneribus insignitus

Joseph autem
cum esset justus, non solum à particulari justitiæ
virtute, sed ab universali, quæ omnes & singulas vir-
tutes complectitur, ut declarat S. Chrysostomus dicens: ^{Hom. 4. in Matth.}
justus hic, in omni virtute dicit esse perfectum. O quæ
probatus censendus est, quem Spiritus sanctus ita cõ-
mendat, & si, ut aiebat humilis S. Franciscus, quan-
tum unusquisque est in oculis Dei, tantum est, & non
amplius, quid refert, pauca de hoc sanctissimo viro
reperiri encomia, cum hoc unico verbo justus quid
quid dici valeat comprehendatur, ut dictum à Deo, in
cujus conspectu non justificabitur omnis vivens ex Ps.
142. v. 2.

Filius accrescens Joseph, filius accrescens,
quibus denotatur nostri Joseph in perfectione accres-
centia, ac continuis progressus, quo mysticum orbem
illuminabat tanquam sol, ut eum vocat Magnus ^{To. 10. Ser. 21. de Temp.}
Augustinus in his verbis: Sol, & Luna, unde lim stel-
læ Christum adoraverunt, quando post Resurrectionē
San-

152 Sancta Maria quasi Luna; & Beatus Joseph ve-
lut Sol, cum undecim stellis, idest beatis Apostolis,
incurvati, & prostrati sunt ante eum; & impleta est
prophetia, quæ dixerat: Laudate eum Sol! & Luna:
laudate eum omnes stellæ & lumen; Hæc Augus-
tinus, quem non de simultanea adoracione intelligo,
sed de quolibet suo tempore Dñm reverente, ne vi-
deatur, dixisse s. Josephum usque post Christi resur-
rectionem supervivisse.

Joseph igitur ductus est in
Egyptum, ut præsignaret nostri Josephi eodẽm
missionem; & sicut cum illo fuit Dñus, sic & verius
cum isto, quocum & corporaliter iungebatur. & ad-
ditur: Benedixit que Dñus domui Egyptij propter
Joseph. & alibi: Venit que fertilitas: quibus bona
toli mundo propter s. Joseph concessa designantur:
vnde s. Bernardinus Senensis ait: Merito igitur fi-
guratur per illum Patriarcham Joseph, sed & illum
precellit, quia non solum Egyptijs panem corporalis
vitæ, sed omnibus electis panem de cælo, qui celestẽ
vitam tribuit, multa solertia enutrivit; & s. Bernar-
dus: Ille frumenta servavit non sibi, sed omni popu-
lo; iste iste panem vivum e cælo servandum accepit,
tam sibi, quàm toli mundo Quo-

Ser: 1. de
S. Joseph.

Ser: 2. sup
Mittis

Quomodo ergo possum hoc malum facere? repo-^{153.}
suit ille Joseph ad libidinem provocatus, & nostri Pa-
triarchoe purissimam prænuntians castimoniam: unde
prosequitur Bernardus citatus: ille Dño suo fidem ser- ^{ibi supra}
vans, domina noluit commisceri; iste Dñam suam Dni
sui Matrem Virginem agnoscens, & ipse continens fide-
liter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis san-
niorum, isti datum est consciùm fieri, atque participem
cœlestium sacramentorum; Quare Virginitatis lili-
um jure dicitur à Ruperto super illud: Qui pascitur inter
lilia, sic aiente: Quænam sunt lilia, nisi amicus di-
lecti Joseph cum Dilecta: Verè ambo Lilia, vide-
licet pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione castissi-
ma: inter hujusmodi lilia pascitur dilectus,

^{Fil}
eris super domum meam, Tandem uti ille Joseph
à Pharaone constitutus est regie domus Princeps &
Gubernator; sic Isthum constituit Rex Regum Ma-
tris sue solatium, sua carnis nutritium, solum de-
nique in terris magni consilii coadjutorem fidelis-
simum, Qui (ut ait S. Bernardinus) ab æterno Pa-^{scnt. de}
tre electus est fidelis nutritius, atque custos princi-^{S. Joseph.}
palium thesaurorum suorum, scilicet filii ejus &
sponse sue, quod officium fidelissime prosecutus est.

S. II. Sancti Joseph cum B. Virgine Desponsatio

Textus: Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph.

Matth. 1. v. 18.

Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam
traducere, voluit occulte dimittere eam. - *v. 19.*

Hac autem eo cogitante, ecce Angelus Dñi apparuit in
somnia ei. - *v. 20.*

Joseph fili David, noli timere accipere Mariam con-
jugem tuam. - *ibid.*

Exurgens autem Joseph à somno fecit sicut praecepit ei
Angelus Dñi, & accepit conjugem suam. - *v. 24.*

Et non cognoscebat eam. - *v. 25.*

Beata Virgo Maria undecim ferè annis in tem-
plo expletis, destinabatur à sacerdotibus ad matrimo-
nium; sed ipsa ratione voti castitatis emissi relucta-
batur, donec Deo revelante, tradita est ab ipsis Sa-
cerdotibus nomine Desponsationis Sancto Josepho ex
eàdem familia, & tribu; illa agebat aetatis annum
decimum quartum inchoatum; hic vero virilem
jam aetatem exaequans, vir erat non senex, ut qui-
dam putarunt, sed mature & intermedia aetatis,
ut verius censent Nicephorus, Greg. Nissenus, & Da-
masceus apud Suarez; eratque virute ac pru-
dentia plenus, atque ad tantam Virginem, illius
que talem virginitatem custodiendam inter om-
nes

nes maximè idoneus; cum ergo post quatuor circiter menses ab expleta horum Sponsorum accidentali matrimonii solemnitate, simul in eadem demo manerent, accepit Virgo benedicta, viro inscio, Divine incarnationis nuntium, & mirandum simul effectum, ex quo post tempus naturaliter gravida. Josepho miranti apparuit, qui pro sua justitia, nec Sponsam culpam credidit, nec se culpa complicem monstrare volebat: unde prudentem ab illa separationem intendebat, cum ab Angelo mysterium edoctus, & ab omni suspitione liber Virgo Virgini cohabitavit, & novam eam prosecutus est reverentia, dilectione, & humilitate. eam que assidue est comitatus, (etiam dum visitavit Elizabeth, ut censent aliqui apud A lapidè) & ubique humiliter ac devote est ei obsecutus, quam Dei Matrem venerabatur Sponsus suo videri indignus

Et est com-
munis, apud
Sylvegram.

Cum esset Desponsata Mater Jesu Maria Joseph; Hæc prima s. Josephi exprimitur dignitas, quæ stat in verè ac proprie fuisse Virginis Deiparæ Sponsam, omnia que veri sponsi jura, ac munera, excepto debiti conjugalis usu, habuisse. O! (exclamat Gersonus) miranda prorsus Joseph sublimitas! o dignitas insuperabilis

Serm. de
Matr: v.

156. *lis, ut Mater Dei, Regina cali, Domina mundi
appellare te Dominum non indignum putaret; im-
mo et esse quid unum cum Virgine: quare Nazi-
anzenus paucis completē eum, sic laudat: Nullis
uno verbo Virum describam? Vir illius, neque e-
nim scio, quid amplius dicere necesse sit,*

Orat. II.

*Joseph au-
tem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam tradu-
cere, id est accusare, diffamare, seu quod crimen
apparebat divulgare, cum ipse suspensus nec cul-
pam in Maria, cum pius esset, præsumeret, nec rei
veritatem intelligeret: Videbat enim gravidam,
in Malth: ait S. Remigius, quam noverat castam, & aliunde
sua conscientia innocentia, prudenter omnino tacere
decernebat; quia, ut habet S. Ambrosius: non so-
lum ab ullionis atrocitate, sed etiam ab accusatio-
nis severitate justis aliena est persona. Quid
ergo?*

*Voluit occulte dimittere eam, quod est,
ut Syrus verlit, cogitabat clam illam derelinque-
re; semper pius, & prudens, nec sponsam volebat
publica dimissione offendere, nec ejus retentione
propriam cum scandalo famam maculare. Sed
si voluerimus, magis pie adhuc de beato Joseph
senti-*

157.
re, dicamus cum Origene: iustus erat Joseph, & illa ^{Hom: 1.}
Virgo immaculata erat; sed ideo eam dimittere vole- ^{in Matthi:}
bat, quoniam virtutem mysterii, & sacramentum quod-
dam magnificentum in ea cognoscebat, cui appropinqua-
re se indignum existimabat; ergo humilians se ante
tantam & ineffabilem rem, quarebat se longe facere)
quibus & sancti nostri profunda commendatur humi-
litas, nec ei omnino negatur tanti mysterij prænosi-
centia, saltem ex lectione scripturarum, quas in spon-
sa sua verificari præ illius sanctitate cognita poterat
conjectari, ita citatus Remigius cum ait: Legerat: ^{in Matthi:}
Egredietur virga de radice Jesse, unde noverat Ma-
riam duxisse originem; legerat etiam: Ecce Virgo
concepit: non diffidebat, hanc prophetiam in ea
esse implendam;

Hæc autem eo cogitante, ecce An-
gelus Dñi apparuit in somnis ei, at cur in somnis,
& non potius aperte? rogat Chrysostomus: quia sci-
licet, inquit, erat vir proptus fidelis, & manifestiori
visione non indigens, ubi etiam ait: Considera certe
modestiam ac maturitatem viri, non cuiquam mero-
ris sui causam refexit. quod ergo inclusum tantum-
modo menteolvebat id etiam loquente sibi Angelo
recognoscit: hoc premium prudentis silentij, patien-
tia, ac moderaminis in tribulationibus

^{Hom: 4.}
^{in Matthi:}

Joseph

Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam
 conjugem tuam; Ly Accipere significat, acceptam
 retinere, eique deinceps indivise convivere, ut vertit
 P. Cornelius hic: Ecce quomodo non sinit Deus afflic-
 tos diu tribulari; tentat, ut probet, post tempestatem
 magnam inducit serenitatem. Conjugem autem qua-
 re dixerit, notat Paschasius, etiam inter reliqua, quod
 nihil defuerit operis conjugii, nisi sola commixtio li-
 bidinis, & Magnus Augustinus inquit: Coniux vo-
 catur ex prima fide desponsationis, quam concubitus
 non cognoverat, nec erat cogniturus;

S. Paschasius
 l. 2. in Matth.

To: 7. lib: 1.
 de nuptiis &
 concubitu
 cap: 11.

Exurgens autem
 Joseph à somno fecit sicut præcepit ei Angelus Dñi,
 & accepit conjugem suam, hoc est, obediens ab om-
 ni iam animi fluctuatione cessavit, & libens sacram
 retinuit sponsam. Ecce quomodo afflictionem secu-
 ta est exultatio: ubi S. Augustinus de quavis tri-
 butatione notavit, dicens: Quanto majus periculum
 fuit in prælio, tanto majus est gaudium in triumpho: jac-
 tat tempestas navigantes, omnes futura morte palleſcunt;
 tranquilletur mare, exultant nimis, quoniam timuerunt
 nimis; ubique majus gaudium molestia major præcedit;
 hinc sapienter deduxit Salom: Nequaquam igitur con-
 temnenda est tribulatio, quæ cordis est sanitas, &
 via

lib: 8.
 Confes: c. 9.

lib: 2. de
 vera philoſo-

Et non cognoscebat eam, que ante, in, & post partum Virgo exiit, & permansit, et se verè desponsata viro, sed viro purissimo, castissimo, & totius continentie nuditissimo speculo: hinc illud: Donec peperit, & quod sequitur ad verba appo- sita, nullatenus sonat quod eam post partum cognove- rit, ~~ut~~ ut Helvidius, & alii hæretici impiè interpreta- bantur; sed & in usitata Scriptura sensu significat, quod nec postea cognoverit, ut late probant Sacri interpre- tes, & Doctus Sylveira hic, ~~in opusculo~~: Quare S. fo. 1. 9. vs. 8. Additum. in Math. Paschasius super hoc dixit: Quod consequens erat, ac manifestum tuo intellectui Evangelista reliquit, quia, nec postea quidem eam, quæ tali modo Mater effecta est, ille justus ausus fuerit attingere, ~

S. III. Joseph dicitur Pater Christi Dñi.

Textus: Pater tuus & ego dolentes quarebamus te. Luc. 2. 48.
 Ut putabatur filius Joseph. Luc. 3. 23.
 Erant Pater, & Mater ejus mirantes. Luc. 2. 51.
 Nonne hic est filius Joseph? Joan. 6. 42.
 Et erat subditus illis. Luc. 2. 51.
 Nonne hic est fabri filius? Matth. 13. 55.

Ex prædicta dignitate Sancti Joseph, fuisse scilicet verè, & proprie Sponsam Virginis Mariæ, subsequitur major ipsius dignitas, nempe quod adeptus sit

160. sit Patris Christi nomen, & existimationem; imò,
non tantum vulgus eum tanto nomine decorabat
sed & ipse S. Evangelista Lucas eum sic nominat
in suo Evangelio; sed & ipsa Beata Virgo apud Sa-
crum Filium sic appellavit cum dixit Pater tu-
us & ego. Nec tantum Patris Christi nomen ha-
bit, sed etiam rem, quæ huic nomini subest, par-
ticipavit, quantum ab homine, excepta carnali ge-
neratione, potest participari: quapropter in Chris-
tum Dñm habuit paternum affectum, sollicitudi-
nem, immo suo modo & auctoritatem; per verum
enim matrimonium S. Joseph aliquod habuit do-
minium in Virginem; Vir namque ex Apostolo
est Caput mulieris; adeoque & in Christum ut
hominem & fructum ejusdem Virginis, quæ exin-
de in rebus externis ac domesticis Dependebat à Jo-
sepho, cui & ipse Jesus esse subditum dignatus est,
& pro ejus filio reputari, & forte cum illo fabri-
lem artem, humillimè exercere, quam ex Suarez
probabilius est fuisse Lignariam, quam ferrari-
am.

To: 15. p. 2.
Disp: 8. s. 1.

Pater tuus, & ego dolentes, querebamus
te; tam commune erat Sanctum Joseph Dñi Pa-
trem

trem vocare, ut Mater ipsa de eo sub tali titulo ^{167.}
filium alloquatur; & quidem, ut ait Rupertus, Spiritus
de carne Virginis hominem formans, paternum vi- <sup>Lib. 1. de gloria
u. honore filij
hominis. in
Mattheum</sup>
ro huic, scilicet Joseph, qui nascebatur infantis amorem
penitus infunderit, & S. Cyrillus Hierosol: Sicut Maria,
inquit, Mater Jesu dicitur propter generationem, ita
Joseph Pater Jesu propter curam, vel dilectionem vo-
catus est.

Ut putabatur filius Joseph, hęc erat
communis opinio Josepho maximè honorabilis, ut
ejus Pater prudenti judicio estimaretur, qui Patrem
solum habebat in cælis æternum, hujus que vices in
terris gereret: quare ad S. Joseph sic orationem con- <sup>Ser. 24. in
Matth. 271.</sup>
vertit Magnus Augustinus: Sit Maria Sponsa Chris-
ti in carne sua, virginitate servata, sis autem & tu
pater Christi, cura castitatis, & honorificentia virgini-
tatis, & post pauca: Gaude itaque Joseph, qui so-
lus meruisti virginalem affectum possidere conjugii,
quia per meritum virginitatis ita separatus es à con-
cubitu uxoris, ut pater dicaris Salvatoris.

Erant Pa-
ter, & Mater ejus mirantes, Patrem quoque nomi-
nat Christi sanctum Joseph Beatus Evangelista,
ut clarius pateat, non solum ex vulgi voce talem dici, sed
etiam

162. etiam cum aliqua proprietate, ratione conjugii
cum vera Matre, seu ob verum Matrimonium Jo-
sephi cum B. Virgine conciliatum & ordinatum à
Deo, ut declarat S. Augustinus L. 2. de Consensu Evang.
cap. 1. Unde Isidorus Insulanus sic inducit Puerum
Jesus de Josepho loquentem: Ego conversatus sum
cum Josepho in omnibus, sicut si essem filius ejus, &
eram per omnia sicut ipse; & obediebam ei in om-
nibus,

Nonne hic est filius Joseph? dicebant ju-
dæi murmurantes quidem de Christo, sed Joseph
etsi præter intentionem magnificantes, cum tanti fi-
lii patrem reputant: & quidem, ut habet Gerson
De Joseph suadet ratio sua, quod facialis forma
Jesus formæ similis reputanda fuisset, & P. Salmé-
ron dixit: Verè Jesus Christus Josephi ingenium ac
proprietas referebat; sed quod plus est, & virtute
ac moribus Christo erat maxime similis; item ex cu-
ra, dilectione, obsequio, & custodia Patris illius mu-
nera exactissime exercebat; unde ait Origenes: Ne
miremur hos (nempe Mariam & Joseph) parentes
vocari, quorum alter ob partum, alter ob obse-
quium patris & matris meruerunt vocabula, &
Carthusianus: Joseph, inquit, Pater Jesu propter
curam, vel dilectionem vocatus est. Et

in fine
Josephina

tom: 5.
tract: 30.

Homil: 19.

apud
Sylvestrum

Et erat subditus illis, ut parentibus, uti apud 163.
citatum Insolanum prosequitur Iesus ipse dicens: Et
eram subditus illis sicut filius parentibus, & diligebam
Joseph valde, sicut pupillam oculi mei. Haec
subjectio, ait Gerson, sicut inestimabilem notat humili-
tatem in Christo, ita dignitatem incomparabilem signat
in Joseph, & Maria. Simon Cassianus ait: Virginibus
est dignitas prorogata, quia Christus duobus virgi-
nibus factus est subditus... Et spes magna facta est
amantibus caelestem vitam, quanta eis sit Christus in illa
Patria familiaritate donandus, qui duobus castis in hac
vita factus est subditus; erat subditus in honorem ac
reverentiam Maria, & Joseph, ut eorum magna dig-
nitas innotesceret, ut bene Sylveira hic. Verè Deus
eum constituit Dñm domus suae, & possessionis suae
principem, omnes illi subiciens creaturas: Nec mirum,
ait Gerson, si Christus voluit, quod omnes creaturae
obedirent Josepho, cum & ipse ei obediens existerit, &
subjectus, obediendo Deo voci hominis. Quanta majes-
tas est (inquit Paulus à Palatio) ejus gerere curam, qui
omnium curam habet; <sup>apud Mansi
in Prophetar:</sup>

Nonne hic est filius Fabri, in
quo & S. Josepho assimilari non est dedignatus Domi-
nus, cum dicat S. Justinus Martyr: ipse Iesus Faber puta-
ba-

batur; fabrilis namque, cum in hominibus esset, faciebat opera, & iuga conficiens &c; pro quo congruentia esset Gerson cum ait: Quia ex ligno nata humana est perdita, ideo conveniebat ut pater lignarius diceretur, pater recuperationis & restorationis; & sic faber lignarius Joseph esset Deo conformior, qui est omnium fabricator; Tandem S. Bernardus de modo se habendi Christi Dñi erga Josephum ita scribit: Se habebat reverenter & obedienter sicut ad Patrem suum, & ipse non solum publice reputatus est, & vocatus Pater ejus, sed etiam tenere oportet, quod sanctus vir publice se habebat ad eum verbo, actu, gestu, cura, & imperio, sicut verus pater ad filium suum, & similiter Christus ad eum, alias aperte innotuisset vicariis, & mundo quod non esset filius suus; O! Josephi dignitas incomprehensibilis!

S. IV. Josephi sublimis Sanctitas.

Textus: Cui nomen erat Joseph Luc: 1. 29.

Joseph autem vir. Mathei. 1. 19.

Cum esset justus. Ibid.

Joseph filii David. Ibid. 20.

Non est qui similis sit tibi. Ps: 39. 6.

Invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem. Luc: 2. 16.

S. Joseph fuit perfectissimus, & eximia sanctitatis vir; Deus enim unicuique proportionatam officio, ad quod illum destinat, gratiam ac sanctitatem

tatem donat; unde, vel antè initum cum B. Virgine ^{165.}
Matrimonium, jam Joseph justus præsupponitur, ^{Matth. 1.}
& affirmatur; datus que est Fati sponsæ in Sponsum
ob ejus virginitem, & quam colebat virginitaltem: sed quã-
ta putamus ex tanta Virginis, & ipsius Christi con-
sortio in sanctitate profecisse? profectò hoc confe-
rente, & illa medicè inexplicabiles gratias creden-
dus est accepisse. Ipsius Sanctitatis non obscura
sunt indicia tot revelationes illi factæ de mysteriis
altissimis, toties ad illum missus Angelus Dni, & re-
liqua, quæ sacra innuit Historia: in quibus occasio-
nibus omnibus mira Josephi refulsit prudentia, si-
des, humilitas, & obedientia. Quanta autem fue-
rit ~~Sancti~~ Joseph Sanctitas comparata cum Aposto-
lis, aut Angelis, nil certi stattere audent pruden-
tes Doctores; non tamen temerarium fore arbitror,
si quis dixerit Sanctum hunc reliquis omnibus in
gratia antecelluisse ob tantam, quam cum Christo
meruit habere conjunctionem; De ejus tamen etsi
adeo excessis virtutibus quidquid parvitas nostra po-
tuerit imitatione attingere, hoc sedulo & pro viti-
bus intendamus, ut præcipuum in his omnibus adno-
tandis scopum

166. Cui nomen erat Joseph; ex ipso nomine emine-
designatur Josephi Sanctitas, ut Hugo Card? notat di-
cens: Non sine ratione magna exprimit Lucas nomen

Apud
Aristot. sup.

Viri, magnum siquidem latet in hoc nomine myste-
rium, quod mysterium? utique quod Syranus adver-

in Cap: 2
Math:

tit cum ait: Per Joseph, qui interpretatur accrescens,
significatur augmentum virtutis, & gratia; unde Di-

in Luc: 1.

dacus Stella dixit: sicut Dominus eam mulierem elegit,
ut Mater esset filii sui, qua melior aut similis in univer-

Apud
Sylvestrum
bo: 1. l. 1. c. 10.

so non reperiretur: ita etiam talem virum in sponsum
illi matri dedit, quo sanctior, aut purior vix queat repe-

riri; & S. Albertus Magnus pulchre scripsit: Satis
Joseph exprimitur in quatuor; in Dei ac Angelorum

familiaritate, in clarorum virorum equivocatione,
in proposito sanctitate, & virtutis commendatione.

Joseph

autem Vir, sic a virtute vocatus in Scripturis, ut S.
Bernardus commentatur, Virum nominat, ait, quia ho-

apud S. Bonav.
in Luc: 1.

mo virtutis, & quidem si humilitatem quarens audi-
eundem Mellissium: Propter hoc Joseph voluit occulte dimit-

Homil: 2. su-
per Math.

tere eam, propter quod Petrus Dominum a se repellebat dicens
Exi a me Domine, quia homo peccator sum; propter quod &

Centurio a domo sua eum prohibebat etc; Si ad eam
admiratur Chrysostomus cum Joseph dictis Angelicis

Hom: 8.
in Math:

tacens acquiescit: Non dixit: tu Angele, paulo ante
di-

Dicebat enim et ad Iosephum dicebas, quia salva- 167.
bit populum suum; & nunc se ipsum non potest de pe-
riculis liberare, sed fuga quidem nobis necessaria est?
Contraria omnino sunt facta promissis: sed nihil pro-
sus opponit. De eius Charitate, fortitudine, obedien-
tia, & patientia, mirè expressit Cassiodorus dicens: Vir ^{Apud}
vocalis à viribus est, qui nescit in adversis tolerando defi- ^{Mansi.}
cere, aut in prosperis aliqua elevatione se jactare, sed
animo stabili defixus, & caelestium rerum contemplatio-
ne firmatus, manet semper impavidus; hoc ad apicem est
executus Sanctus noster, propter Dei sui amorem, qui cū ^{Prov: 6: 27.}
ignis consumens sit, ex proximitate Ioseph inflammab-
at tanto charitatis igne ardentem.

Cum esset justus,
quo vocabulo justus significatur, ait Origenes, justus ^{Hom: 1.}
in verbo, justus in facto, justus in lege, justus in consum- ^{in Diversis}
matione, justus in iudicio gratia, hoc est, teste S. Hie- ^{Ep: ad}
ronymo: Omnes virtutum species uno iustitiae nomine ^{Semenio.}
continentur; sic erat & esse decebat Ioseph omnibus or-
natum virtutibus, nam, ex Divo Bernardi^{no}, Quomodo ^{To: 3. de}
cogitare potest mens discreta, quod Spiritus Sanctus tanta ^{S. Ioseph.}
unione uniret menti tantæ Virginis aliquam animã
nisi & virtutum operatione simillimam? Unde crede Ioseph
fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in
humilitate, ardentissimum in Charitate, altissimum in
con-

168. contemplatione, ut esset adiutorium simile Virgini; Hinc
etiam Gerson dixit: Sicut decuit, ut Virgo summa puri-
tate niteret, sic decuit, ut haberet suo modo parem spō-
sum purissimum, qui cum perpetua virgine virgo per-
maneret; uterque regali progenie illustri, uterque sā-
ctificationem in utero recipiens: cum Maria plena gra-
tia fomitem reprimente mansit Joseph repletus gratia
peccatum mortale quodlibet superante;

Joseph, fili
David; vel ex hoc Sancti Joseph arguitur sanctitas,
quia ut habet Origenes: Joseph filius David non tan-
tum secundum carnem, sed secundum spiritum, quod
sic confirmat noster Salmeron cum ait: Verè de domo
David & regia de stirpe descendit nobis carne, sed fi-
de nobilior, quem tanquam alterum David Dominus
invenit juxta cor suum; Sicut enim ille Sunamitidem
sibi a deo proximam turpiter non cognovit, sic iste
cum mulierum Pulcherrima purissime & sanctissime
conversatus est; ille Arcam Dei devotus est venerabilis
obsequiis, hic coram Dei Matre jubilosis repletus est
pietatis affectibus; Davidi promissus est Christus; Jo-
sepho in filium concessus; Davidi sola spes data
est, Josepho Christi presentis cura tradita. Non
est, qui similis sit tibi, quia, S. Bernardo auctore,
Ne-

Nemo natus est in terra sicut Joseph, qui Pater filii 169.
Dei dictus, & creditus est; uti enim Orator ille omnia sabelicus
Philippi Macedonum Regis encomia sufficienter se esse
complexum judicavit dicens: Hoc unum dixisse sufficiat: Fi-
lium te habere Alexandrum; sic nobis, O Joseph sanctissi-
me, dixisse suffecerit: Filium te habere Deum, ut te omni
sanctitate decoratum certa illatione deducamus. Item
sicut S. Gregorius Nazianzenus Maritum sororis suae Orat. 11. in
Funere Gor-
gonia Sororis.
laudachirnis hoc uno abunde laudes ejus dixisse judicavit
Vir erat illius; ita de Josepho quid amplius dicere possu-
mus quam quod, Vir erat illius, in quita, dicente Anselmo, Hom. in Evang.
Luc. 10.
omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei sunt recondi-
ti; illius, de qua merito S. Pet. Damianus dixit: Reli-
quis gratia, & virtutes per partes fuerunt distributae,
ut seiparae id omne quod alteris dispersum fuit; ar-
quamus nunc cum S. Bernardino dicente: Cum ergo Ser. 3. de
S. Joseph.
omnia quae sunt uxoris, sint viri, credo, quod B. Vir-
go totum thesaurum cordis sui, quem Joseph recipe-
re poterat, ei exhibebat;

Invenerunt Mariam, & Jo-
seph, & infantem; inferitur quoque, vel maxime, S.
Josephi sanctitas ex familiari consortio cum Jesu
& Maria; si enim ex Psalmo: Cum sancto sanctus Ps. 17. 26.
eris, & cum viro innocente innocens eris; Quanto igitur
inhibet Bernardinus, magis credendum est, quod San- supra.
ctis-

170. - *Etissimus iste vir existerit ex tanto tempore, quanto
fuit cum Christo, & Matre ejus; Cum nullo enim ho-
mine (ait Didacus Stella) Christus, & ejus Sanctissima
Mater in hac mortali vita, ita familiariter egerunt,
concludamus ergo cum citato Bernardino: Necessè est
hunc virum, fuisse admirandæ gratiæ, & virtutis; 1^o
quantum ad matrimonialem unionem; 2^o quoad con-
tinuam cohabitationem, 3^o quoad sedulam adminis-
trationem; proinde S. Thomas de Villanova exclam-
at: Felix Joseph, cui donatum est talibus interesse
mysteriis, horum gaudiorum fieri consortem, qui dulcis-
simos audire concentus, cœlestium spirituum sentire tri-
pudia; & obsequia beatis oculis inspicere meruisti.*

*S. V. sancti Joseph, potens intercessio
& Patrocinium.*

*Textus: Ite ad Joseph, Gen: 41. N. 54.
Constituit eum Dñm. Ps: 104.
Joseph autem vir ejus. Matth: 1. 19.
Serpit Pater ejus & Mater. Luc: 2. 33.
Ecce Pater tuus. Luc: 2.*

*Quantum sanctissimus iste Patriarcha possit
pro nobis intercedendo, abundè vel ex hucusque
dictis possumus concludere: Quem enim Dei fi-
lius sibi in Patrem selegit, quomodo rogantem
poterit repellere? quem Dominus suæ Domini-
cons-*

constituit, quidni & permitet bona sua distribuere. 171.
re; Quem Matri suae quodammodo voluit praesse,
utique & dedit inferioribus omnibus patrocinari;
& quid petenti denegabit cui & ipse subditus esse
non renuit? jure ergo de S. Joseph licet usurpare
illud: ite ad Joseph: Quidquid nobis in corporis, a-
nimi que bonis conferri desideramus, ad Joseph cum
fiducia accurramus, pro cunctis enim beneficiis se-
curus nobis est advocatus apud illum, cui in ferris pa-
terno jure non tam preces quam precepta dabat;
& apud illam, quam habuit sponsam, & à qua non
minus venerabatur, quam amabatur: unde Urbes
Regiones, & Regna hunc sibi Patronum plura
selegerunt; illi tot templa dicata, tot loca sacra,
& Sancta Mater Theresia, sacram, quam in Eccle-
sia restituit Familiam sub illius imposuit tutela,
quem omnia apud Deum posse se expertam tes-
tatur. Quod quae nostram debet ad illum fiduciam
promovere est, quod non minus abundet pietate
quam potentia, pro juvandis nobis, quos ut Pater
Christi & sponsus Mariae, sibi in filios adoptavit
charissimos, ut quos adeo diligit Deipara, & pro qui-
bus ille Redemptor amans mortuus est

In Vita
Cap: 6.

ite

172. Ite ad Joseph, cum aliquid à Deo volueritis impetrare. dixit enim S. Theresia: Nec memini me aliquid ab eo petisse, cuius me compotem non fecerit; ita ut Dñus nobis indicare velle videatur, quod quemadmodum illi in terra viventi subditus fuit, sibi existenti in cælo, nil eorum quæ petierit, denegat; ipse sanè longè dignius frumentum, quam olim ille in Agypto, nobis servat, Qui, ut ait S. Bernardus, panem vivum in cælum servandum accepit, tam sibi, quam toti mundo, sed addit textus: quidquid dixerit vobis, facite, hoc est, quidquid de ejus audivimus virtutibus, id pro posse imitemur, ut eum propitium habere mereamur ~

Constituit eum Dominum; nam, si, ut habet Damascenus, & est indubitatum: Maria facta est Dña omnium creaturarum, cum omnium conditoris facta est Mater; quomodo non Dominus Joseph, Vir Maria, & quoad hoc Caput Maria; ex Apostolo? Unde inferamus cum Mellifluo Bernardo: Quam potentiores sunt in cælis, qui tam potentes fuerunt in terris! & cum Gersonone: Quanta fiducia Josephi! quanta in eo vis impetrandi: quia dum vir uxorem, dum pater filium orat, velut imperium reputatur, Jos-

Joseph autem vir ejus; Quod si ex eo quod 173.
S. Joseph vir Mariae fuerit recte, ejus virtutum,
arguitur sublimitas, non minus & ejus intercessio-
nis deducitur efficacia: quid enim Maria denegabit
sponso invocanti? quid autem non concedet Deus
his mediatoribus? Vir Joseph erat illius, de qua dicere
potuit: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Sap. 7.
& sane, ut ait S. Bernardinus, Cum virgo tot, & tan-
ta peccatoribus impetret sceleratis, quanta putamus
impetrabit Josepho Sponso? Serm. 3.
De S. Jos.

Erant Pater ejus, & Ma-
ter. Erat Joseph Pater ejus, qui Dominus est omnium
Creator, & conservator, cui omnia tradita sunt ab æ-
terno Patre, cum quo Unum est; si ergo quia Vir Deiparae,
tantum potest Sanctus noster, quia Pater talis filii,
quid non poterit? dicit enim Suarez: Multo excel-
lentior est Parentis Christi, quam filii Virginis (in Joan-
ne) appellatio; non ideo quia patris appellatio majorem
auctoritatem, præ se fert, sed etiam quia dignitas Chris-
ti, dignitatem Virginis in finite excedit; sic etiam de
appellationibus Patris Christi, & Viri Virginis discurri
posset, si essent separabiles, si esset veritas, & præter illie
de Josephis.
Ecce Pater tuus, Clementissime Jesu, ec-
ce

174. ecce Pater tuus pro nobis intercedit, confidimus nobis
donandum eius intercessione, quod nostra possibilitas
nusquam obtineret: intercessio enim Josephi suam hau-
sit efficaciam ex familiari consortio cum Jesu & Maria
et cujus familiaritatis signum sic educit S. Albertus
Magnus cum ait: In Angelorum crebra visitatione fa-
miliaritas Dei notatur; instruxit Angelus dubitantem,
docet in Aegyptum fugientem, dirigit revertentem, eru-
dit in Nazareth manentem; jam verò si Christus
Apostolos in posterum non servos sed amicos suos
dicere statuit. semper ergo nobis erit placabilis Redem-
ptor, si invocantes S. Josephum illi æquivalenter dixerim-
us cum Maria. Ecce Pater tuus: in quo sensu super
istum locum suaviter notavit Cassianus ita aiens: Mi-
rum est quod nunquam Matrem Virginem legimus,
Jesum Christum præterquam hic, filiali vocabulo no-
minasse; Ad magnum mysterium res ipsa reducitur,
nempe, ut spes nostra solidior sit, quod velut piam
matrem impossibile est à filio derelinqui; sic Jo-
seph Patrem à filio non exaudiri, ut impossibile
iudicemus, ut qui in terris, Isidoro Insulano teste,
Patris celestis vices gessit. Beatissimæ Regine mundi
conjugis suæ collega fuit, à que Angelicæ majestatis
sublimitatem attingit.

in Cap. 1.
Matth.

ex merè triennat
ti discipulatu. x
quid Joseph ex pa-
terna cura assidue

1. 2. c. 14.

2 p. c. 1.

175.

S. VI. Sancti Joseph Mors beatissi-
ma, & Gloria eminentissima

Textus. Anima mea liquefacta est. Cant: 5. 6.
Quam mercedem dabitur ei: Tob: 12.
Unus est, & secundum non habet. Eccl: 4. 8.
Muljeris bonæ beatus vir. Eccl: 25.
Videbantur esse columna. Galat: 2. 9.

Tandem, ut cæteris mortalibus, sic Sanctissimo nostro Patriarchæ dies advenit obitus, sed dulcissima dies illi, qui per excellentiam iustus erat, & dicebatur; ejus enim saucius amore obiit, cujus pater in terris, & famâ & munere exiit. Quanta ergo remuneratum dicemus gloriâ, qui Domini sui tam fidelis custos permansit, quem Deus possessionis suæ omnis constituerat principem, & ipsius Matris suæ conjunctissimum consortem: cujus sanctitas, & dignitas, à Dei Matre tantum accepit super reliquas eminentiam; etsi enim, ut eximie noster Silare Apostolicum munus supremum sit in Ecclesia, Ministerium tamen Sancti Joseph, prout attingens ordinem Unionis hipostaticæ, videbitur ex suo genere nobilius, ac præstantius: unde

176. unde (ex eodem) non erit temerarium opinari,
Sanctum istum reliquis omnibus in beatitudine
antecessere, estque probabile, fuisse unum ex iis,
qui tempore mortis, aut resurrectionis Domini re-
surrexerunt, quos multi censent ad immortalem ani-
mæ & corporis vitam transiisse; adeo que, eum
jam nunc animâ & corpore glorioso cum Christo
regnare; immo specialiter eminentem in cælis
locum occupare: ex quibus sequitur, ut commu-
nius tenent, Sanctum Joseph obiisse ante Pas-
sionem Christi Dñi; immo, dicit Sylveira, an-
te annum ejusdem Christi trigesimum; nam a-
liàs fieret de eo aliqua mentio in Evangelio tem-
pore prædicationis Dnicæ, ubi tamen, jam om-
nino de Sancto Josepho tacetur. Deius Corpus
sepelierant in valle Josaphat, ut sentit Beda &
apud nostrum Rivadeneyram

Commen-
tor Sicutij
to. 2. fo. 15.
p. 2. o. 8. 52

Sylveira in
Evang. fo. 3.
l. 5. c. 30. q. 3.

Flos 55. vita
S. Joseph.

Anima mea lique-
facta est, sicut pluries in vita, sic verius in mor-
te dicere potuit Sanctus Joseph, cum jam Dei fi-
lij amore succensus, ut flammam purissimam, in
cælum efflavit animam, vel ut Richardus Lauren-
tinus explicat: Per incendium charitatis liquefac-
ta

Apud
Hansi

sa anima, parata est, instar metalli liquefacti, 177.
Decurrere in omnes meos oculos divine voluntatis, Jo-
seph namque dici potest Vir ille voluntatis Dei.
quem, apud Isaiam, vocavit Deus ipse de longin- ^{isa: 46.}
quo, seu de celo: unde S. Birgitta à B. Virgine, reve- ^{ii. 11.}
lata sunt hæc verba: Totum desiderium Joseph ^{lib. 6.}
fuit obedire voluntati Dei, ideo nunc magna gloria ^{Revel: c. 18.}
Joseph, hinc vocatur à Deo in præmiu, & statim
obediens evolat alis charitatis, & obedientia.

Pater,
quam mercedem dabimus ei? dicebat Tobias filius
de Angelo, à quo ductus, & reductus fuerat incolumis:
quod idem possumus contemplari dixisse Christum
Dñum ad æternum Patrem, de s^{to} Joseph, à quo
in humanis tam solite custoditus fuerat, in Ægyp-
tum ductus, & reductus, cui que tam humiliter subdi-
tus existerat: Quid ad hæc (instat) poterimus illi dignu ^{Tob: 12. 2.}
dare? nil aliud sanè, nisi se ipsum dedit illi Dñus;
Ego, inquit, ero merces tua magna nimis, & cui se ^{Gen: 15. 1.}
in terris tradiderat regendum, huic nunc in cælis
dat copiosissime fruendum; quem deduxerat per vias ^{sep: 10.}
rectas, cui scientiam sanctorum dederat, & regnum
Dei toties ostenderat, quem in tantis honestaverat
la-

178. laboribus, hos illi volens complere, dedit illi claritatem eternam, ita ut, Mercedem, justè acceperit, non qualemcumque, sed eternæ retributionis gradum valde eminentem in caelis consecutus fuerit, ut benè arguit Josephus Mansi.

in Prompt:
de S. Josepho.

Unus est, & secundum non habet,

in caelis ubi speciali præ omnibus sanctis gloria refulget, quod Deo præ omnibus proximior factus sit, & cum Deo strictius unius fuerit: unde Didacus Stella

in Swan.

dixit: Joseph in caelis inter supremos videtur collocandus, qui in terris ipsi Christo familiari obsequio servivit, & fidelior omnibus post Mariam inventus est, Joseph enim, ut de illo ait Paulus de Palatio, Primus

Apud
Mansi: sup.

virorum est, qui Christi celsitudinem novit, novit prius puer Baptistæ, porro ex viris primus Christianus, primus, qui Christo adhesit, Joseph fuit: belle ergo Gersonius intulit dicens: Quantum existi-

Ser: de
Nat: 2.

mandus est justus Joseph in gloria, & in caelis, qui tantus ac talis inventus est in miseria, & in

in Math:

terris: unde Rupertus Abbas Trutensis de illa Jacob scala disserens ait: Supremus scala gradus, cui Dominus innixus est, iste est Beatus Joseph, cui Dominus patri-

Math: 23:
1. 35.

ri omnibus jure in iudicio dicturus est: Posside pa-

ra-

ratum tibi regnum: Esurivi enim, & dedisti mihi, 179.
manducare; nudus eram, & cooperuisti me, collegis-
ti me &c.

Mulieris bonæ beatus vir; quia ergo
beatitudine nunc gloriosus, qui eminenter optimæ
uxoris Vir exhibit? nam, ut in ferris ei adiutorium Gen: 2.
fuit, quam posuit simillimum, quoad virtutes & merita,
sic & dicendus est in celis ~~propter similitudinem~~ eidem simili-
mus, quoad beatitudinem, & præmia: Decet enim,
ut advertit Gerson, ut Joseph, tanta prærogativa L. Dec: 105:
polleret, quæ similitudinem & convenientiam expri-
meret talis sponsi ad talem sponsam, & quid de
Josephi beatitudine excelsa scrutamur, cum vel in
hac vita beatitudine ipsa fruihis sit: ipse assidue
videbat in quem desiderant Angeli prospicere; ip-
se melius quam Moyses os ad os loquebatur, & abs Num: 2.
que ænigmatis aut figuris Deum videbat: ipse convi-
vebat illi, de qua dicit S. Bernardinus: Quilibet ce- Ser: de
Assumpt:
litus ordo lætatur, quia in B. Virgine reperit aliquid
gloriæ specialis; idem que in novo Testamento pri-
mus fuit, qui evidenter, & clarè à Spiritu S.º canoni-
zatus est, siquidem ipsum perfectum declaravit
& sanctum dicens: Joseph autem, cum esset justus. Matth: 1.

Vide-

Videbantur esse columnæ, Joseph nempe cum
 Maria, qui jam in cælo, uti columnæ firmissimæ
 immensum illud reliquorum celitum gloria pondus
 sustentant, ac per ipsos cæteri omnes gloriam asse-
 quuntur; & ut sunt columnæ lucis, cæteros illuminant
 & fulgere faciunt tanquam scintillas, seu stellas. Po-
 Possunt que intelligi figuratæ hæc duæ cæli columnæ
 per binam illam hinc inde in Porticu Salomonis
 in templi vestibulo collocatam; maximè propter opus
 3. Reg: 7. illud in modum liliæ positum super utriusque capit;
 resplendent enim illæ duæ cæli columnæ, ex eo ma-
 ximè, quod ut duo liliæ, mirabile illud conjugium
 suum in terris servaverint plusquam angelica pu-
 ritate candidum: unde Rupertus dixit: Verè am-
 bo liliæ pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione
 castissimæ; His ergo duabus liliatis columnis
 semper conemur inniti, angelicam puritatem æmu-
 lantes, ut tanto fulsi sustentaculo ab omni lapsu
 preservemur; & sancto Josepho duce, per ejus vir-
 tutum vestigia, & gloriam mereamur & assequamur
 sempiternam, cujus viam proposuit Ven: Beda per
 hæc verba: Sancti per spiritus sancti septiformem
 gratiam aditum vitæ cælestis inveniunt: per timo-
 rem Dei humiles; per pietatis studium misericordes,
 per

Apud à lap:
 in Num: 9.

per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, 181.
per consilium cauti, per intellectum providi, per sa-
pientiam maturi; Per hos gressus Sancto nostro pre-
cedente & intercedente ad æternæ salutis portum fe-
liciter pervenimus.

Caput IV.

Joannes baptista Præcursor Domini.

De Magno Christi Præcuratore nunc nobis de-
bito ordine agendum; de quo & plura, & magna
nobis Sacer textus submitistrabit; quæ tamen plu-
ra, paucis nos decet ex consequentia proponere;
ut illi tamen omnia magna, vix audemus præ re-
verentia aliquid omittere; sed verò ipsi nostræ
consentientes limitationi, & plura & magna, solita
limitabimus demissione; Sed ipse nobis verba con-
gita, qui, vel ~~in nativitate~~, promptam restituit genito-
ri loquelam.

S. I. Joannes annuntiatur.

Textus: Uxor tua Elizabeth pariet tibi filium
Multi in natiuitate ejus gaudebunt.
Erit magnus coram Dño.
Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ,
ut convertat corda.

} Luca
Cap. 1.
v. 13.
Sicut

In diebus, seu tempore, Herodis huius nominis primi Regis iudææ; aliorum duorum patris, & avi, erat Sacerdos Legalis, nomine Zacharias, natione Syrus, cuius uxor Elizabeth erat de tribu & familia Aaron pariter sacerdotis: uterque iustus ac legis observans; illis autem jam grandævis non erat filius; quadam verò die cum Zacharias in templo sacerdotali munere fungeretur, apparuit ei Angelus Gabriel de futura prole prænuntians, huiusque nomen, gratias, & munera futura declarans, ac de eo plura, & magna promittens: quare diffidens Zacharias signum aliquod in nichis exegit ab Angelo, qui ejus arguens incredulitatem reliquit sturdum, simul & mutum, cui jam signis & multis intelligenda insinuarent, & a quo similia responsa acciperent: quia edochus pene jam promissis fidens congressus est cum uxore, quæ concepit filium promissum: fuit que ista conceptio sub diem 24. Septembris, quæ dies in multis partibus ex eo celebratur, ut

In Martyrologio. innulor^{us} Usuardus, & Molanus

Uxor sua Elizabeth

beth pariet tibi filium, j. hic superabundans fuit 183.
fructus orationis Zacharie, qui utique prolem non
petierat, ut Patres censent, sed pro communibus Populi
necessitatibus, ut sacerdotis munus est, non tam pro se
quam pro populo hostiam offerre: Quare dixit Ty-
tus Dostrensis: Apie coherent omnia, quia enim pro
peccatis populi deprecabatur, pro creaturis erat fillum
qui sublatata voce clamaret: Ecce Agnus Dei, ecce
qui tollit peccata mundi, & Chrysologus ait: Cū Serm. 88.
non tamen sibi soli, sed omnibus affuerit iste vene-
rabilis Antistes, quā responderit Angelus univer-
sis, quā Deus prospexerit in uno isto germine Sa-
cerdotis, ut eam daret universitati, largiretur secu-
lis, populis condonaret, & fieret Sacramenti filius in-
ter sacra tos delatus, &

Multi in nativitate ejus gau-
debunt: gaudium erit interius, quod Redemptoris nū-
tius advenerit, eritque exultatio exterius, qua inter-
nus demonstretur affectus: Habet enim S. Ambrosio tes- in Luc. 1.
te, Sanctorum editio letitiam plurimorum, quia cō-
mune est bonum, j. Ecce quomodo Zacharie oratio ex-
audita est, ita ut non modo proprium, sed universa-
le consecuta sit beneficium: vnde idem S. Doctor Apulo Cabonā
& Thomā
consueva pietate, sic ait: Plena semper & redun-
dan-

184. *Dantia sunt divina beneficia, non exiguo constricta numero, sed uberi bonorum coacervata congestu, ut hic primò precationis fructus, deinde sterilibus partus uxoris, tum lachrya populorum, & magnitudo virtutis, Altissimi quoque Propheta promittitur.*

Er
magnus coram Domino, quæ vera est magnitudo exaltari digna, cum ex Isaiâ, Omnes gentes, quasi non sint, sic sint coram Deo. ubi S. Thomas ait: Non magnum, quod aliquis coram mundo magnus sit, sed coram infinito Dño magnus esse quis poterit dici? & Didacus Stella, Qualem, inquit, illum existimatis, qui coram Deo, ante cuius conspectum universi Imperatores & Reges terræ nihil sunt, magnus appellatur? sed in quo tam magnus Joannes? Audiamus ab Innocentio III. Magnus in prædestinatione, magnus in annuntiatione, in conceptione, in gratia, in natura: Magnus in officio, magnus in merito, in dignitate, & potestate, in opinione, in prædicatione, in passione, ipse precedet ante illum in spiritu & virtute. Et hoc est spiritu virtutis excellere, ut Elias excelluit, scilicet in solitudine, vitæ austeritate, mundi contemptu, zelo divine gloriæ, & passionis sterilitate.

Isa: 40.
v. 17.

Consil: 16.

Apud
Jose Mansi.

Ser: de Nat:
S. Joan.

oīne

fortitudine; atque, ut Magnus Gregorius explicat: 185.
Sicut ille praeo venturus est iudicis, ita & iste prae- ^{Hom. 7.}
cursor est factus Redemptoris; & S. Ambrosius ait: ^{in Evang.}
in deserto Elias, in deserto Joannes; ille Jordanem di- ^{in Luc. 1.}
visit, hic ad lavacrum salutare convertit; Hic cum
Dño versatur in terra; ille cum Dño apparet in glo-
ria; hic prioris, ille sequentis Dñici praeursor Ad-
ventus.

Ut convertat corda, quibus praecipuum Joan-
nis praenuntiatur officium, quo ad Christi praedica-
tionem animos disponderet parans Dño plebem perfectam
super quo sic Cassianus adnotat: Duo igitur media- ^{Sen. de Bapt.}
tores adventuri erant: unus, qui corda filiorum Israel ^{lib. 3. c. 1.}
converteret ad Christum Dñm; & alius, qui reconcilia-
ret ad Patrem. Proinde Joannes mediator erat & cor-
da hominum, prout in ipso, erat conversurus ad Chris-
tum; Christus verò reconciliaturus ad Patrem omnium
Deum; in quo & iterum Joannes cum Elia concor-
dat, ut Venerabilis Beda notavit dicens: Unum, atque ^{Hom. 2. in}
idem utriusque opus est, fidem scilicet, atque intellectum, ^{Vigil. S. Joan.}
quem habuere Patres, in filiorum mentes predicando
infundere. Dixit Zacharias: unde hoc sciam? de
tanta promissione aliquatenus diffidens, & dubitans,
qua-

quare statim surditate punitus est, & loquendi facultate privatus, ut tenet S. Ambrosius cum ait:

Aplic.
A. Jande

incredulitas Zachariae affatum eripuerat, & auditum & Theophylactus: Merito, inquit, hæc duo passus est, & quod non audiret, & non loqueretur, quia enim non obedierat, condemnatur, ut surdus sit; & quia contradixerat, ut sileat. Vbi ingeniosè reflectit S. Augustinus dicens: Convenienti dispensatione factum est, ut Joannes postea hominibus victu, & vestitu, & loco exempla penitentia præberet, & penitentiam prædicans, etiam conceptionis ejus tempore pater penitentia modum sibi ab Angelo impositum, donec ille nasceretur, sustineret,

L. 3. de Mir.
c. 1. 76. 3.

Concepit Elizabeth vxor ejus, & occultabat se, ex verecundia, nempe ex pudore, quod senex concepisset: quia, ut habet Chrysologus, Etsi erat divini muneris sui tamen temporis non erat, quod habebat; vel ut S. Bonaventura: Hoc erat, dicit, signum humilitatis, & pudicitiae; non sicut Agar ancilla (Gen: 16.) qua concepisse se videns despexit Dominam suam, se autem occultavit, usque dum visitaretur à Dei para: unde dixit Hugo: Nemo sibi datam gratia proferat in publicum, donec oriatur ei spes salutis, occultatur conceptus Joannis, usque dum Jesus concipi-

Aplic.
Sylvester

pitur; ac tandem S. Ambrosius hic: Erubescit,
ait, Elizabeth onus parentis, quam diu nescit myste-
rium religionis; & ubi id intellexerat, illa quæ ocul-
tabat se, quia conceperat filium, jactare se coepit, quia
gerebat Prophetam, ~

S. II. Joannes in utero sanctificatur.

Textus: ut audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit
infans in utero ejus. Luc. 1. N. 44.
Et repleta est Spiritu sancto Elizabeth. Ibid.
Exultavit in gaudio infans in utero meo. N. 44.
Quis putas puer iste erit? N. 68.

Cum Virgo Maria in utero filium Dei portans
cognatam suam Elizabeth, salutatura intrasset;
eï de more præcata est pacem: quam vocem ut
percepit Elizabeth, ejusdem jam, senserat efficaciam
Joannes ex utero, qui proinde mirabiliter exiit
& matrem fecit exultare, prophetare, & S. Spiritu
repleri; hanc autem in Joanne exultationem comi-
tata est ab originali culpa sanctificatio, imò cer-
tius rationis usus, & Redemptoris in Maria ute-
ro pariter latentis cognitio; hunc quoque donum
prophetiæ accepit, ac eximiam cum omnium virtu-
tum infusione gratiam, ex qua, etsi ratione con-
tracti

trachi peccati originalis, concupiscentie fomitem
habuerit, nullum vel veniale delictum adverte-
ter commisit: sic ergo plenus Spiritu sancto eodem
replevit & Matrem, ut hæc suo nomine ita Mariã
resalutaret, & usque tunc sibi occultum declara-
ret & magnificaret, Incarnationis mysterium:
ex quibus nec dum nati Joannis principiis, quã-
tus postea futurus esset abundè præannuntiatur.

ut
audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit
infans in utero ejus: quod bene sic explicat Euthy-
miius: Christus, inquit, locutus est per os matris suæ,
Joannes autem audivit per aures matris suæ, & ag-
nito supernaturaliter Dño suo, exultatione illum
predicavit, item: Infans, qui in utero ferebatur Vir-
ginis prophetica statim gratia donavit infantem, qui
in utero gestabatur sterilis; & S. Ambrosius: Presen-
tia, ait, Mariæ cum utero gravis esset, erudiuit Joannem
in utero constitutum, adeo ut exiliret, & exultaret Do-
mini presentiam recognoscens; unde ex S. Bernardo
Parvuli necdum nati anima liquefacta est, ut Maria
locuta est. Clamemus cum Chrysostomo: O! res admi-
rabiles, quæ superant opinionem; quæ in celo igno-
raverint Angeli, cognovit Joannes, qui gestabatur.

inc.

S. Do. Isaac
& Anima. c. 6.

Ser. 1. de
Assumpt.

Apoc. Me-
raspirat.

in utero. Thronos latuit, & enim, qui gestabatur in ^{189.}
utero minime præferit; celavit Dominationes, & ei
qui erat in ventre, revelavit mysterium susceptæ car-
nis; sed & hinc S. Doctor sequens educit documentum: Hom: 6. De
Resurrect:
Exultemus Dño, sed in tremore, non remissa securitate;
quia & Joannes Precursor exultavit in utero, sed qui vi-
num non bibit præcepto Angeli Gabrielis;

Et repleta
est Spiritu sancto Elizabeth, spiritu Prophetiæ, spiritu
sapientiæ, & intellectus, quo caelestia cepit propalare
arcana, sed vi gratiæ à Joanne in illam redundantis,
ut sic declarat Guerricus Abbas: Qui Prophetæ & plusquam Ser: 1. in
Nat: S. Joan:
propheta erat futurus, imò ante prophetare, quàm profa-
ri, prius Deum, quam se ipsum sentire cœperat; parentes
quoque suos prophetas faciebat, & in eos qui in se trās-
suderant carnis substantiam, spiritus sui & gratiæ
superabundantiam refundebat. S. Bonaventura: Ma-
gna, inquit voce clamabat Elizabeth, quia illum contine-
bat in utero qui erat vox Verbi, & Quoniam (ait S. Lit: 1.
Epist: 563.
Paulinus) temporis immaturitas iis qui adhuc in mater-
no utero sunt, hoc minime dedit, ut loqui possint; idcir-
co Baptistæ Redemptorem prædicare maturantis oris
organum mater commodavit; ac demùm Beda ait:
Revelante Spiritu sancto, quo impleta erat, intellexit,
quid

190. quid exultatio infantis significet, scilicet venisse Mat-
trem illius, cuius præcursor erat futurus, ~

Exulta-
vit in gaudio infans in utero meo, testatur ipsa Eli-
zabeth, & bene addit in gaudio: Habebat enim in-
telligendi sensum, ait Ambrrosius, qui exultandi ha-
bebat affectum, & Origenes dicit: Quasi per expe-
rientia sensum sciebat, quæ Israel ignorabat: unde
exilivit, & non simpliciter exilivit, sed in gaudio; sen-
serat enim venisse Dñum suum, ut sanctificaret ser-
vum suum, antequam de matris utero procederet.

in 21. 9. Hinc primum Præcursorem suum prophetam fecit
Jesus: hinc Euthymius habet: Exultatio major quæ-
dam est letitiæ intensio, quæ præ nimio gaudio sub-
sillire valde, atque elevari cor facit, & Albertus
Magnus: Exultatio, inquit, est quædam exaltatio in
júbilo, cum cordis gaudium saltat in corporis in-
cunditatem: exultavit autem Joannes eo modo quo Isai-
as locutus est: Gaudens gaudebo in Dño, & exultabit
in 65. anima mea in Deo meo, & quo Habacuc: Ego au-
tem in Dño gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo,
c. 3. 18. seu ut Syrus vertit: in Deo vivificatore meo, ~
Spud
Lapide.

Quis
putas puer iste erit? Dicebant de Joanne nato
mirantes, quod de adhuc non nato dicere possumus
ad-

admirantes: nam, ut ingeniosè Chrysologus: Ante 191.
capit vivere Deo, quam sibi; imò ante vixit ille Deo, Ser: 93.
quam Deus viveret illi... Sexto mense suæ matris ex-
ultat in utero, & in uterum Virginis venisse nuntiat
Christum: fervens nuntius! qui ante gestivit nuntiare
quam vivere; quia tardabat corpits, solo spiritu im-
plet Evangelizantis officium;: quid futurum Joannē
prædicat, prius fuisse sanctificatum quam natum, pri-
us prophetare quam profari; prius gratiam succe-
pisse quam vitam, ac prius benedictionem habuis-
se quam lucem: sanè cum Didaco Stella, Non po-
test non factum istud me ipsum in admirationem Apud
Mansi.
rapere: id namque quod prius fecit Christus post
incarnationem, fuit Joannem visitare: nec dubi-
tandum est capsum fuisse. Dñum Joannis amore qu-
ando quidem prohinus ut humanam induit vestem
ad ipsum accedit.

Quis putas puer este erit, quod
tot mira de merè concepto narrentur, & ut enil me-
rat Mag: Albertus: Quod ab Angelo annuntiatum ab
Angelo prænominatum antequam natus, quod in utero
sanctificatus, & quod nondum natus, est in occursum
salvatoris est in gaudio motus;: Quis ergo putas
puer

192. puer iste erit? Propheta? & plusquam prophe-
ta, quia, ut loquitur S. Hieronymus, quem Pro-
pheta venturum esse dixerunt, hic venisse mons-
travit, & ut S. Maximus, Eius manibus, quod nulli
est praeitum Prophetarum, baptizandum se Dei Fi-
lius inclinabit; sed abunde huic interrogationi sa-
tisfit dicto illo Angelico: Puer iste magnus erit co-
s. praed. ram Dño, ut supra vidimus ~

S. III. Joannes nascitur.

Textus: Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & pepe-
rit filium. Luc. 1. 57.

Et congratulabantur ei. 58.

Venerunt circumcidere puerum. 59.

Vocabitur Joannes. 60.

Joannes est nomen ejus. 63.

Aperitum est illi os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedi-
cens Deum. 64.

Pater ejus repletus est spiritu Sancto, & prophetavit. 67.

Visitationi B. Virginis subjungit Sacer Evangelis-
ta partum Elizabethae, velut effectum causae.
illa enim huic partum adeo felicem suis impetravit
meritis & precibus, sicut Joannis impetraverat sanc-
tificationem, & post gratias Zachariae domum cum-
laverat in ea manens per tres menses. Peperit ergo
Elizabeth Joannem Baptistam die 24. Junij, ut
ce-

celebrat Ecclesia quotannis speciali ritu & gau-^{193.}
dio. ut autem noverunt vicini & cognati tanta
spei puerum in incem edidit, congratulabantur
matri, quod amisso sterilitatis opprobrio talem fruc-
tum ediderit. Transactis diebus sensim magno gau-
dio, & gratulatione, adveniente octava die, venerunt
ministri circumcisionis, & qui ratione propinquitatis
debeant assistere. Tunc autem celebris erat Judæis cō-
suetudo, ut filius patris nomine vocaretur; sed Eliza-
beth superno ducta motu, intimat Joannes vocandū
Itemque Zacharias nubibus interrogatus scripto respo-
dit: Joannes est nomen eius; & statim ac nomen scrip-
sit, miraculose vocem & auditum recuperavit, cæ-
teris stupentibus, & illo Dei magnalia loquente, &
propheticum suum intonante Canticum Benedictus.
in quo, teste Origene, de Christo & de Joanne pro-Homil: 10.
phetavit, ut passim apud Sacros interpretes pote-
rit adverti.

Elizabeth autem impletum est tempus
pariendi, & peperit filium, impletum est tempus sci-
licet naturale & ordinarium novem mensium, ut &
in eo assimilaretur Filio Dei, qui etsi tot mira fac-
turus adveniebat, noluit tamen in ortu suo naturæ limi-
tes præripere. Hic etiam notat Origenes, Quod in
Scrip- Hom: 9.

194. Scriptura nusquam dicitur in ortu peccatoris, Com-
pletum est tempus ut pareret; sed ubicumque iustus
nascitur, ibi complentur dies. Ortus iusti plenitudinem
habet, peccatoris nativitas vacuitatem, & inanitatem,

Et co-
gratulantur ei, & jure merito, tum quod tanti fi-
lii mater effecta sit, tum quod sterilitatem in tan-
tam mutaverit fecunditatem, unico fetu fecundisi-

Serm. 89. mas exuperans: hinc habet Chrysologus: In Zachari-
a & Elizabeth stupet sexus, frigescit caro, præterit
tempus, ætas risit, abolevit totum quicquid est, & hu-
mani ordinis, & negotii conjugalis, ut divino munere
non partu, ex hominibus Angelus nasceretur, & a-

Serm. 88. lio in loco, rationem hanc dat anterioris Elizabeth
sterilitatis: Mundabatur, ait, longo tempore sanctita-
tis hospitium, Angeli domicilium, aula spiritus
sancti, ~

Venerunt circumcidere puerum, utpote illi-
us præcursorem, qui et sine culpa circumcisionem hu-
milis & obediens erat subiturus: Etenim ut bene Euse-
bii Gallicanus dicit: Hac circumcisione, neque Chris-
tus, neque Joannes indigebat; circumcisi tamen sunt, ne
scandalum fieret, & ut legem implerent: lex enim, &

Ser: in
Mat: 5. Jo:

Ser: 1. de
S. Joani

Propheta usque ad Joannem, & S. Ambrosius ait De-
buit

Præcursor & præuius Christi aliquid simile habere 195.
natiuitati Dñi saluatoris, & Dionysius Carthusianus:
Circumcisus est, inquit, non ob incigentiam remediũ,
sed propter obseruantiam præcepti; & quia fortasse
per circumcisionem illam ita paralem ad gratiam
disponebatur maiorem; sic utique decebat baptismum
penitentiæ prædicaturum.

Vocabitur Ioannes, dixit
Elizabeth diuinitus edocta, cum audiret controversiam
de nomine imponendo; & quidem, ut S. Bonaventura
notauit, Qui non virtute natura conceptus fuerat, sed
virtute gratia, non debebat vocari Zacharias à patre,
sed Ioannes à dono gratia, ut nouo modo natus nouo
nomine nuncuparetur; S. Thomas Villanovanus dixit: Ser. 1. de Nat. s. Jo.
Nihil aliud est esse Ioannem, nisi esse Deo gratum, vel
acceptum; illustris profecto titulus, & celebre cognomen;
nulla quippe maior dignitas creaturæ, quam suo pla-
cere Creatori, & Dionysius Carthusianus, Recte inquit, Ser. 1. in Evang.
Ioannes vocari præcipitur, cui tanta fuerit gratia dan-
da, ut de ipso Christus testatus sit: inter natos mulierum
non surrexit maior Ioanne Baptista.

Ioannes est nomen
eius, innuit quoque Zacharias, & quidem significantius,
quasi diceret, ait S. Ambrosius, non nos ei nomen impo-
nimus, qui iam a Deo nomen accepit; unde citatus Vil-
lano-

196. Iacovanus: Nemini dubitandum, dicit, omnem eius vi-
tam, ingenium, fortunam, virtutes, mores unico hoc voca-
bulo sibi à Deo imposito comprehendit. Hoc enim
idem
Conc. 3.
de s. Joan:
nomen non à patre, non à matre accepit, sed à Deo
compositum est, ab Angelo promulgatum, de caelo al-
lahum, à patre auditum, à matre prophetaum. Qua-
propter sequitur, quod mirati sunt universi. Unde mi-
rati? quærit Doctor Seraphicus, & respondet: quia sic
ab Angelo nuntiante, sic à matre concipiente, sic à patre
generante, puer concorditer Joannes est nominatus, Quid
nomen gratiam sonat teste Salmeron, & ideo, addit, no-
minato convenientissimum, Quia gratiosè à Deo paren-
tibus donatus est, & quia annuntiavit cessationem legis
Moysis, quæ jugum importabile, & gratiam Evangelii,
quæ jugum Christi suave est. Joannes enim, dicitur s.
Prospero, prius sensit in thia gratia, quàm nature, Guer-
rico, Prius Deum, quàm seipsum sentire cepit & demum
Euthymio, Joannes est gratia ab utero matris, vel tan-
quàm causa gratie parentibus, nullis que aliis. Circa-
tem filius adeo singularis, non tamen dicatur unigeni-
tus, discite à Magnò Chrysologo, qui ait: Non est unige-
nitus, qui cunctorum creatus est ad gaudium.

S. Bonav.
S. i. de nativ.
S. Joannis

Tom. 2.
Tract. 21.

Lib. de Va-
cantiæ Gen.

Ser. 2. in
Nat. Jo.

ad Cap. 1.
Lucæ

Apud
Sylveiran

Apertum
est illico os ejus, et lingua ejus, hoc est, statim ac Joannis
nomen scripsit, & illud audire & pronuntiare potuit, quò
prius

prius surdus erat, & mutus. Videte meritum, monet Di- 197.

uus Ambrosius, os, quod Angelus alligaverat, Joannes ^{Ser. 2. de}
solvit, quod Gabriel obstruxerat, parvulus reseravit, ^{5. Bapt.}

& sanè ex Theophylacto, cum Joannes juxta interpreta-
tionem sit Dei gratia, proinde, & pater illius statim

assecutus est gratiam: & bellè Simon Cassianus ad ver- ^{Lib. de}
tit: Non fuit apertum os in ortu, sed in die octava, quia ^{Nat. Pra-}
nascendo nosebatur quia filius, in nomine vero pande- ^{cursoris.}

batur ejus mysterium, cujus nati dignitas attolabatur ex
mysterio plius, quam quòd natus esset homo.

Et loqueba-
tur benedicens Deum, ad hoc namque nobis data loque-
di facultas, qua, qui abilitur abilitur, ordinem divinae

dispositionis pervertit, fovet que, quam jurè S. Jacobus ap- ^{Jac. 3. 6.}
pellat universitatem iniquitatis: Quare super illud Gene-
sis 2. 4. 7. Inspiravit in faciem ejus, & sic habet Chryso-

stomus: Ea propter, & animam inspiravit, & linguam de-

dit, ut sita in nos beneficia animis percipientes Inim-

agnoscamus, & nos gratos exhibeamus, ut fecit Zacharias

laudans & benedicens Deum: hinc Origenes ait: Statim ut ^{Mat. 9.}
stilius impressus est cere, lingua qua prius fuerat vincla, ^{in Lucam}

laxata est, recepit eloquium, non humanum, quoniam liga-

ta fuit lingua ejus: humana tamen fuit, vinxerat eam in-
credulitas, statim ut soluta est, humana esse desit, & loque-

batur benedicens Deum.

Pater

Pater eius repletus est Spiritu Sancto, & prophetauit quot & quanta in ortu Joannis prodigia, quot propter ipsum parentes eius beneficia recipiunt: quam mirè loquuntur qui Vocis tantæ meminerint esse genitores: ubi nota cum Hugone, quod Elizabeth repleta est Spiritu & paucis prophetauit, Zacharias multis verbis usus est prophetando: quia ordo discipline postulat, ut mulier pauca loquatur, & magis velit discere, quam docere: sed etiam cum S. Ambrosio adverte, & Vide, quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis, non solum ablata restituit sed etiam insperata concedit: ille dudum mihi prophetauit.

S. IV. Joannes in deserto.

Textus: Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu. Et erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel. Luc. 1. V. 80.

Tot prodigiis, facunda Joannis natiuitas, sicut quis in posterum futurus esset, cunctis annuntiabat mirabilis, sic & abundantius de facto comprobavit: Joannes enim sicut crescebat corpore, sic & spiritu, ejusque robore, quia Spiritus sanctus eum in dies majori sapientia, gratia, & fortitudine imbuebat; ipse que rationis usus, quem ab utero acceperat, non modo ei permanebat, sed & in eo crescebat eò magis, quo & puerilis organa corporis naturali incremento capaciora red-

reddebantur, accedente semper cumulatione Divina coo-^{199.}
peratione: unde Deo ipso disponente, bimulus in deser-
tum à matre est abductus metu infanticidii illius Hero-
dis, qui & in Joannem inveherat, etsi extra Bethlehemi-
cos fines habitantem, pro tanta de illo fama, ubique
diffusa: Joannes ergo in deserti spelunca delitescens cū
Matre, hac post dies 40. teste Cedreno, mortua, ab An-
gelo educatus est, & sociatus: ibi Angelicam prorsus
vitam perduxit usque ad annum trigesimum suae
etatis. Eremitarum, Canobitarum, Penitentium, &
Persectorum omnium, & Primus, & Exemplar, ut
& norma Praedicatorum, & Apostolorum futuris,
prius producto, & mirabili praedoceret exemplo, quod
efficaciori postea erat persuasurus Verbo; ipse à Deo
ipso eductus est in deserto, quia erat alios docurus in
publico; asperrimam totannis vitam egit, ut tantis
penitentiae praedicator evaderet, & omni ex parte
Christi Dñi adaequatus Praecursor

Puer autem cres-
cebat, & confortabatur spiritu; à Deo scilicet sed
cujus gratiae se dignum cooperatione reddebat; illo
enim anticipato rationis usque, & debitas pro tot accep-
tis referebat gratias, illarumque regratiando prome-
rebat incrementum, unde qui jam sanctus & justus e-
rat

sanctificabatur & justificabatur adhuc: Oportebat enim, ait Euthymius, eum à teneris quod aium, unquibus ad virtutem exerceri, & ut libere argueret & Christi, qui à se annuntiaretur, testis fide dignus esse. Jam incipit esse magnus de facto coram Deo, non sola magnitudine gratiæ, sed & sapientiæ & virtutis, ut ait Dionysius Carthusianus, qui & istam magnitudinem sic explicat: Magnitudo spiritalis habet quatuor dimensiones: in altitudine conversationis seu contemplationis, vel dilectionis divinæ; in latitudine charitatis fraternæ; in profundo humilationis; in longitudine perseverantiæ usque in finem.

in Matth. cap: 11.

Et erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel, seu usque dum prædicare inciperet, quia dicente Beda, Prædicator penitentiæ futuris aspera solitudinis elegit, ubi primævam ætatem transegit, ut invenis liberius ab amore mundi auditores suos revocaret. Ultrique, ut benè Eusebius Gallicanus, Joannes sciebat, quod non sufficeret eligentis gratia, nisi invigilaret collaborantis industria; sanctificatus est, & non tamen de sola Dei electione securus, sed agonibus jejuniorum, & laboribus abstinentiæ atque justitiæ in se vota servare contendit; & sanè ex S. Leone,

Ser: 2. de Euchar.

Hac

Hæc perfectorum vera iustitia, ut nunquam præsument, se esse perfectos; Et erat in desertis; & quid in

207.

deserto agebat? S. Maximum audiamus sic respondentem: Conversatus in deserto, vestimentum habens de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos suos, locustas edebat, & mel sylvestre, ut increpaturus hominum mala, nullam penitus haberet, vel in veste vel in epulis voluptatem. Hic præclare Bonaventura

Hom: 2. de Nat: Jo: Bapt:

dixit: In hoc erudiuntur omnes prædicatores, ut prius vacent perfectioni propriae, & deinde ædificationi alienæ; quia cuius vita despicitur, restat, ut ejus prædicatio confirmetur: hinc per prophetam sic eum laudat

S. Thomas de Villanova: Sanctitatis prodigium, & fortius perfectionis monstrum, & admirandum sæculis virtutum omnium spectaculum Joannes à Deo factus est.

Concione 1: De Nat: S. Jo:

& Guerricus Abbas: Etsi, ait moretur in desertis, non est tamen arundo deserti, sed cedrus paradisi, columna cæli, gloria generis humani, miraculum mundi, virtute & merito ultra mensuram hominum, conditione citra naturam Angelorum: Quare sic hortatur idem:

Ser: 4. de S. Jo: an:

Tu ergo, si non possis imitari Joannem in asperitate vestitus, & parsimonia victus, vel in hoc imitari contende, ut non sis arundo vento agitata. sed esto firmus in via Domini, ~~~~~

ibidem.

in

In desertis, ait, non in deserto, quia, ut bene Sylveira hic, Spiritus Joannis omne desertum impleverat. omnibus namque Eremicis normam præbebat, juxta quam ipsas replerent solitudines; atque ex hinc suæ replebat sanctitatis fama universum orbem. Semper in hymnis, semper in orationibus fuit,
apud A Lapide ait S. Chrysostomus, nulli hominum, antequam ad baptizandum accederet, Deo autem soli sua semper colloquia offerens, & S. Gregorius Nazianzenis sic
orat: 59. Joannem compellat. Tu solitudinis alumne, ac nullius cibi homo, tu nove Eliæ, plusquam Propheta, ut pote qui eum etiam, qui prædicebatur, vidisti; tu inter vetus & novum testamentum interjecte; atque demum sic habet Titus: Ut, Christo testimonium perhibiturus, nec non hominum nequitiam imperterritè redarguturus, testis, doctorque omni exceptione major haberetur prius silens virtutes omnes doctus exemplo

S. V. Joannes Prædicans.

Textus: Factum est verbum Dñi super Joannem Zachariæ filium in deserto. Luc: 3. 2.
Et venit in omnem regionem jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. 4. 3.
Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. 4. 4.
Et baptizabantur ad eo in jordano consentes peccata sua. Math: 3. 6.
Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 10.

Cum

Cum Christus Tunc vigesimum nonum annum ex-
plevisset, antequam suae praedicationi initium daret, mi-
sit Joannem, iam aetatis annum trigesimum habentem,
ut tanquam aurora ante solem, viam sibi prepararet
& corda hominum tanta luci adaptaret. Erat tunc annus
19. imperii Tiberii, qui fuit tertius imperator Romanus,
Augusti successor, successoris Julij Caesaris; Erat quoque in Ju-
dæa Praeses ejus muneris quintus Pontius Pilatus; Sacer-
dotum vero principes Annas, & Caiphas, qui solus erat
Pontifex summus: Hoc ergo tempore Christi prænun-
tius Joannes divina arcana, in deserto edochis, ca-
cepit manifestare, mundi errores increpare ac des-
truere, penitentiam praedicare, conversos bap-
tizare, baptizatos ad perseverantiam promovere,
Phariseos, & Sadduceos redarguere, & confundere;
soli Esseni in Christum crediderunt, qui fide & mori-
bus aptiores erant pia doctrina imbuti, illis pre-
judicii tenacitate, & morum depravatione rebellibus
& perficaci pertinaciter resistentibus lumini. In Jor-
dane baptizabat Joannes, quos reducebat, sed bap-
tismo solum rudimentario, annuntians, quia corpora
mundabat ablutione, Baptismum à Christo max
instituentum, quo & lavanda erant a vincula, & gra-
tia Spiritus sancti exornanda: sic etiam ea peccato-
rum confessio, quae se sponte prodebant baptizandi,
nec-

204. necdum culpa remissionem causabat, nisi perfecta,
contritioni iungeretur, donec Penitentia Sacramenti
à Dño institueretur.

Factum est verbum Dni super
Joannem Zachariae filium in deserto; tunc namque De-
us animam allocuitur, quando à mundi rumori-
bus segregata, in suo recessu compunditur, & orat Pa-
trem in abscondito: quare sic habet S. Gregorius Nis-
senus: Simul etiam, qui in spiritu, & virtute Eliae
hanc vitam ingressus est, amotus à conversatione
humana, invisibilem speculationi vacans, ideo ad
tantum divinarum gratiarum elevatus est apicem,

in Caena
3. Thom.
Ser. Dom. & S. Antonius: In deserto, inquit, ubi desertum, ibi
4. Adv. verbum Dei, de quo ait Regius Vates: in terra deserta
Ps. 62. & invia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi. No-
tantur virtutes, quae sanctificant homines, & ad con-
templandum Deum mentem illuminant. Terra de-
serta, id est paupertas, invia, id est castitas, inaquo-
sa, id est abstinentia.

Et venit in omnem regionem
jordanis (olim desertum judaeae) praedicans bap-
tismum penitentiae in remissionem peccatorum, &
ita expediebat ex mente Augustini, Joannem alios
prius baptizare, qui Christum ipsum erat baptiza-
turus, & ad Christianum baptismum fideles dispo-
si-

Fact. 4.
in Jo:

siturnis, atque ut S. Gregorius loquitur, Ut sicut in-
carnatum Patris Verbum præcurrebat verbo prædi- Hom: 20.
in Evang:
cationis, ita baptismum penitentia, quo peccata sol-
vuntur, præcurreret sub baptismo, & cur in Jordane?
Audi Chrysologum: Venit in Jordanem, ait, quia ju- ser: 137.
daicas sordes non poterat hydra iam lavare, sed flu-
men; & ut habet S. Antonius: Jordanis interpreta- ubi supra
tur humilis descensus. Prælati, vel Prædicator descen-
dat, & condescendat, ut proximum jacentem erigat,

Faci-
te ergo fructus dignos penitentia: quod post exhor-
tationem ad virtutes, & justificationem bene concludi-
tur, quia, & per penitentiam debite alias pena satis-
fit, & a relapsu in culpam mire præcavetur, quia
ex S. Chrysostomo, non sufficit a malignitate fingere Hom: 11.
in Math:
nisi ad virtutem transeat, fructus vero exigit peni-
tentia, quia, ut ait Magnus Gregorius: In fructu non L. 6. in 1. Reg:
c. 15.
in foliis, aut ramis penitentia cognoscenda est: Unde Do-
minus arborem foliis decoram, fructu sterilem maledi-
xit; quia confessionis ornatum non respicit sine fruc-
tu afflictionis. Item aliibi: Uniuscujusque, inquit, cons- Hom: 20.
in Evang:
cientia convenit, ut tanto majora querat bonorum,
lucra per penitentiam, quanto graviora sibi intulerit
damna per culpam, Et baptizabantur ab eo in Jor-
dane

206. *dane, confitentes peccata sua; Iohannes abluabat, vel ut graecus vertit immergebat aqua, quos ad Christi sequelam preparabat, et baptismo mere dispositivo significans animas a peccati sordibus abluendas; hinc et sic abluti confitebantur peccata sua, et ut ait S. Cyrillus Hierosol: ostendebant vulnera, et Iohannes deinde ponebat medicamenta; quae omnia aptissima erant preparatio ad sacramenta post per Christum instituta. Si autem illi necdum Christi gratia muniti ita sponte sua deiegebant delicta: quanto nos Christianae fidei luminibus, et gratiis decoratos amplius decet, integre et contrite peccata confiteri: ex quo jam vera sequitur justificatio.*

Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur, hoc est: omnis homo qui bona non exercet opera, vel post prava non curat dignos poenitentiae fructus facere, morietur, et in infernum detruetur: non enim sufficit apud Deum non facere malum, sed et oportet bonis operibus insidare: Quare S. Cyrillus dixit: Quid confert carnalis generositas, nisi consimilibus studiis sulcatur? vanum est ergo extolli de bonis praedecessoribus, et deficere ad eorum virtutibus, ut tamen bona sint opera, recta semper in eis intentio exigitur, Quia

*in Catena
2. Thoma*

*Moral:
L. 28. c. 6.*

Poste Magno Grego, dum perversa intentione quid vel

vel rectum agitur, etsi splendēre coram hominibus ^{207.}
cernitur; apud examen tamen interni iudicis obs-
curatur: & S. Augustinus. Bonum opus, inquit, in-
tentio facit; non valde attendas quid homo faciat,
sed quid, dum facit, aspiciat.

S. VI. Joannes Christum baptizat &
de eo multiplex testimonium perhibet.

Textus. Venit Jesus à Galilæa in Jordanem ad Joannem
ut baptizaretur ab eo. Math: 3. v. 13.
Joannes autem prohibebat eum. v. 14.
Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua. v. 16.
Et confessus est, quia non sum ego Christus. Ioh: 1. v. 20.
Ego vox clamantis in deserto. v. 23.
ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est,
cujus non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calcea-
menti. v. 27.
Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. v. 28.
Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.
v. 34.
Et audierunt eum; & secuti sunt Jesum. v. 37.

Cum Joannes in Jordane prædicaret & baptizaret,
venit Jesus Redemptor noster de Galilæa, ad eum,
ut baptizaretur ab eo, non utique ex necessitate ul-
la, sed ut & tanta præberet humilitatis exemplum,
aquas que sanctificaret, quas in materiam insti-
tuendi Baptismi ordinabat. Joannes vero agnos-
cens Christum divino instinctu (nec dum enim natu-
rali eum viderat inhihi) humilis recusabat eum
bapti-

208. bapuzare, donec obedientiã compulsus, cessit Chris-
to petenti bapuzismum, eumque bapuzavit nudum
abluens in toto corpore, ut ex ritu iudaorum argu-
unt Auctores, statimque ut ex aqua surrexit Jesus,
vox de calo audita est, qua apertius adhuc, & dignius
joannes illum cognosceret; mox qui ut Christum an-
nuntiaret, & designaret venerat, triplex de illo mani-
festum perhibuit testimonium. Primum fuit respon-
dum, quod dedit iudaorum legalis, quibus se humili-
tifer, & veraciter negans esse Messiam, se que mera
ejus vocem confitens, addidit inter illos habitare que
querebant, & prae mentis cecitate ignorabant. Secun-
dum fuit clarius, cum Christum ad se de deserto re-
versum digito monstravit multitudini dicens: Ecce
Agnus Dei. Tertium tandem fuit, cum Jesum deam-
bulantem, per eadem verba videntibus designavit
discipulis suis duobus, Androae scilicet, & Joanne
filio Zebedaei, ut multi opinantur apud A. Lapiae:
Qui duo ex tunc seculi sunt Jesum, fuerunt que
primicia fructuum Baptistae testimoniorum,
qua dederat tribus diebus continuis nempe 1-2- &
3. Martij, ut idem Cornelius notat. Venit Je-
sus à Galilaea in Jordanem, ut bapuzaretur ab eo
in

In Evang.
ad Chrono-
taxina
n. 10. 24. ff.

in quo & profundissima refugit Redemptoris hu- 209.
militas, & altissima Praecursoris dignitas. S. Augusti-
nus: Quam ille humiliter ingressurus (inquit) & se humi-
liter sequentes ad excellentiam deducurus; sicut enim ser-
vis pedes lavit, ita servi baptismo tingi voluit; sicut enim
se subiecit pedibus eorum, quos ipse dirigebat, sic ioan-
nis muneri, quod ipse donaverat, & S. Isidorus Pelusio- 1.1. Epist.
ta ait: Vita sanctitas hoc Joanni prestavit, ut incarna- 6.
tum Deum baptizaret, ut qui dignam tanto sacramen-
to puritatem adeptus est; hinc merito dixit Eusebius: ^{Hom: 1. de}
Joannes humanorum fugit mensuram meritorum, ^{S. Baptista}

joannes
autem prohibebat eum, seu humiliter se tanti operis
indignum profitebatur, ut sequitur: ego a te debeo bap-
tizari, & tu venis ad me, ^{ubi S. Maximus habet: Non} ^{Hom: 8.}
ignorabat Prophetarum ille praecipuus, a se Dominum ^{de Epiphania}
baptizandum, sed ministerium suum noluit, sine con-
fessione complere; itaque, & fides confessa est Domino,
& obedientia implevit obsequium; sed & S. Petrus Da-
mianus inde sic merito Joannem laudat: Joannes hu-
manorum limes est meritorum... circa metam Jo-
annis omnia cohibentur, nihil quae virtutis humanae,
nihil religionis, nihil perfectionis ultra progreditur; ^{Bap-}
tizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua, ^{qu}
quita

210. quia, qui ex nulla abiebat necessitate, & in promp-
to exitu voluit novum significari mysterium, nempe quod

Homil: 12. notavit & Chrysostomus, cum ait: Per hoc denotari, quod
illi qui baptizantur in Christo, statim de hoc mundo as-
cendunt ad caelestem patriam, quae & illico aperta est, ut
& Spiritus ipse, & Pater caelestis de Filio humanato di-
vinitum praeberet testimonium, Joanne inter tot mysteria
Ser: 140. constanter proficiente: unde miratur Chrysologus, sed si-
mul admirationem deponit dicens: Inter haec tanta ac-
talia intrepidus stat Joannes, quia timere non potest,
qui solus ad Dei amorem natus Angelico testimonio
comprobatur.

Et confessus est, quia non sum ego Chri-
stus; ex qua confessione magna arguitur Joannis hu-
militas, et animi ejus integritas: hinc Magnus Augusti-
nus: Patres mei, inquit, nullum tantum meritum Joannes
habuit, quam de ista ipsa humilitate, quod cum posset sal-
tere homines, & putari Christus, & haberi pro Christo (tan-
ta enim gratia, tantaque excellentia fuit) confessus est:
tam aperte, & dixit: Non sum ego Christus, & Guerri-
cus Abbas: Nobis, ait, non solum miranda, sed & imi-
tanda proponitur virtus humilitatis ejus, quia major
se credi cum potuit, noluit; imò credentes, ne errarent,
quantum valuit, compevit.

Ego

Fact: 4.
in Joan.

Ser: 3. de
Mat: 5. Jo.

Ego vox clamantis in deserto, non modò oblatum Joā^{24.}
nes refugit honorem, sed & se quantum veritas patreba-
tur depressit, poterat quippe se nuntium, Praecursorem,
aut Legatum Christi fateri, sed humiliori quo potest titu-
lo (Vocis nempe, quae de se quid futile est, & vento rapitur)
veritatem declarat: Vox quidem erat, sed quanta, audi
ex Ambrosio: Etiam hodie, inquit, clamat Joannes exem-
plo & verbo, & vocis suae tonitruo deserta nostrorum con-
cuhit peccatorum, S. autem Thomas Villanovanus ait: Serm: 9.
Voce verbum proditur: quia ergo Verbum Dei gentibus Conc: 1.
de Nat: jo.
prodere venerat, vocem se esse rationabiliter assererat;
quantus hic est, qui illius est vox, cujus verbum Chris-
tus est.

Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me
factus est, cujus non sum dignus ut solvam corrigiam
calceamenti; ubi aliud de Christo dat Joannes testimo-
nium, se quidem tempore anteriorem, sed illum digni-
tate profertens longe superiorem, Regulam (ait Rupertus) in cap: 3.
Mat: 3:
custodiebat sancta & vera humilitatis semetipsum
deprimens, sed verò, inquit Chrysostomus, Hom: 38.
ad pop:
quam calceamentorum, dixit indignam, hanc super
caput suum Christus attraxit, quando ad baptismum
Joannis, verticem inclinavit.
Ecce agnus Dei, ecce qui
tol-

212. tollit peccatum mundi; quo testimonio, quem ven-
turum annuntiaverat, jam demonstrat presentem.

Hom. 28. quare S. Macarius senior dixit Joannem esse comple-
mentum omnium Prophetarum; omnes enim vatici-
nati sunt de Dño procul ostendentes, ille vero demons-
trabat eum ante oculos; & notat S. Bernardus: Pater
Ser. 6. de Joannes Baptista clamat: Ecce inquit, agnus Dei, ecce qui
frigi. adv. tollit peccata mundi: non dicit morbos corporis, non mo-
lestiam carnis, sed peccatum, quod est morbus animæ, &
corruptio mentis.

Et ego vidi, & testimonium perhibui,
quia hic est filius Dei; quibus, & predicta confirmat,
& oculari experientia contestatus: quæ repetitio, ex
mente Ambrosii, quasi superflua videri posset, sed
in 2. ad in 2. ad
Cap. 7. 9. utique maxime prodest ad perfectionem monitionis,
vidit Joannes in tot signis, & celestibus illustrati-
onibus, & quod vidit, ex munere propagavit: unde &
ait S. Cyrillus: Optimi Doctoris officio, fungitur Joan-
nes; opus enim certè docentis est, quod adhuc non rec-
tè intellexerunt auditores, diligenter repetere; qua-
re etiam iterum isto testimonio Christum prædica-
vit die tertia.

Et audierunt eum, & secuti sunt Jesu,
En Fructus abundans illico prodit testimoniorum
Joannis, ut dicat Cyrillite Beatus Cyrillus: Vides
qua

quàm citò à doctrina Baptistæ fructus secutus est; 213.
vides, quàm magnum auditoribus emolumentum ite-
ratio sermonis attulit, ut prædicatorum non pudeat
idem sæpius fidelibus indulcare pietatis documentum,
quod ut plurimum semel auditum, evanescit, repe-
titionem verò mentibus Deo dante, insidet, & fructificat.
quia ut & S. Ambrosius dixit: Nisi unusquisque au-
dierit, quod sequi debeat, nemo firmatur; in officio igitur
audiendi omnium firmamentum est.

S. VII. Joannis obitus gloriolus. Marci. 6.

Textus: Herodes misit ac tenuit Joannem, & vinxit eum in
carcere. N. 17.

Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere
uxorem fratris tui. N. 18.

Herodes enim mænuerat Joannem. N. 20.

Des mihi in disco caput Joannis Baptistæ. N. 25.

Et decollavit eum in carcere. N. 27.

Discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & posue-
runt illud in monumento. N. 29.

Herodes Antipas, Arcalonitæ filius, & Tetrarcha
cum incestuosè viveret Herodiadem impie duxerat,
sibi ex fratre Aristobulo neptem, & Herodis Agrippæ
sororem, hoc que certius vivo Philippo fratre, ejus
marito, ex quo filiam habebat: Herodiadem duxerat.
Isthoc ergo tantæ & luxuriæ, & injustitiæ crimen, for-
titer increpabat Joannes; unde & Herodes eum non
tam

tam ex odio, quam ex reverenti timore aversaba-
tur; Herodias vero ira muliebri execrabatur sui
criminis reprehensorem, quare tandem persuasit
marito, ut illum in carcere recluderet; mox que oc-
casionem nacta sollemnis convivij, filiam saltatri-
cem induxit, ut ab Herode in saltationis oblatum pro-
miuum unice exigeret caput Joannis; quare ille in-
ique juratam promissionē iniquis abimplens jussit
joannem decollari, ejusque caput in disco tradi pu-
ella saltatrici, sic que epulas illas crudelitate tanta
barbarus condidit; sed & joannem tot titulis hono-
rabilem, & insignem ^{ultimam} constituit pudicitiae Martyrem;
cujus gloriosa mortis diem, aut annum definire non au-
det Abulensis; censeat tamen alij probabiliter, id conti-
gisse in fine anni 32. etatis Christi: unde dies 29. Au-
gusti solum à sacri capitis inventionē, sicut ab Eccle-
sia pro Decollationis celebritate designatæ, ut cen-
set Baronius ex Bedæ. Posthac Discipuli Joannis
ejus residuum corpus de carcere defulerunt sepe-
liendum; posuerunt que in monumento in Samaria
seu Sebaste, &c. Nec tanti criminis penas evasit He-
rodes cum Herodiade, vel ex hac vita, fuerunt enim
omnibus bonis spoliati, & in exilium Sugdunum pulsati;
illa

in Cap. 14.
Matth. 4.

illa que saltatrix impudentissima, capite per glaciē ^{215.}
amputato, infelicissimum dedit in aternitatem salum
extremum

Herodes misit ac tenuit Joannem, & vin-
xit eum in carcere, ubi Herodis crudelitas desestanda,
& Joannis eum increpantiū laudanda est libertas san-
cta: O! rem prodigiosam! clamat Chrysostomus, Joan- ^{Tract. 2.}
nes vincam Herodis animam peccati catena, reprehen-
sione sua solvere conabatur: ille autem solventem vincie-
bat; & Magnus Chrysologus dicit, Qui vincula solverat ^{Ser. 227.}
peccatorum, peccatoris vinculis alligatur, ut vincula ve-
nia, locum veniæ non relinquat; sed & hoc sic bellè mo-
ralizat S. Gregorius dicens: Deus suos sic permittit in ^{l. 3. Mor. c. 9.}
infimis, quia videt quomodo muniat in summis: hinc
ergo unusquisque colligat, quod illi sint passuri, quos
reprobat, si sic cruciat, quos amat.

Dicebat enim Joan-

nes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui,
dicebat, & quidem publice, quia publicum erat scanda-
lum; quo sensu Paulus dixit: Peccantes coram omni- ^{1. Tim. 5.}
bus argue, ut ceteri timorem habeant. Attende, ait
Albertus Magnus, modestiam Joannis, qualiter sine
improperio, solius veritatis amore, non ex se, sed ex le-
ge, potius monens de veritate, quam corripiens, illicitas
detes-

216. detestatur nuptias; illa namque correctio, uti ait
Chrisostomus, erat verbum magis docentis, quam repre-
hendentis; ubi & imitanda venit libera sed prudens,
vitiorum, & vitiosorum increpatio, illis, ad quos pertinet;
& omnibus fraterna & ordinata correctio; nam ut Eze-
chielis 3. habetur, Si non annuntiaveris iniquo iniqui-
tatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiramus
dicit Dominus

Herodes enim metuebat Joannem,
seu potius ejus reprehensionem, quo timore pravi
solent bonos metuere, quos, vel solis bonis operi-
bus suarum verentur reprehensores iniquitatum,
super quo Casarius ait: Sape mali bonis obtempe-
rant; & hoc quamdiu eis placita prædicant, quo-
rum vitia, si per correptionem durius tetigerint,
quicquid ibi amicitia prius fuit, totum dissolvitur,
& amor in odium vertitur; Unde & S. Chrysosto-
mus de sequenti contristatione Herodis sic ait: Cur
igitur contristatur, quia videlicet talis res virtus est,
ut nequam etiam homines, & admirentur ipsam, &
laudent; sic tamen in his omnibus Herodem pro-
cessisse merito consent plures cum S. Hieronymo

Hom: 49.
in Math.

Des.
mi-

mihī in disco ꝓ caput Joannis Baptistae, dicebat ^{217.}
puella perversa ex inductione matris adhuc ini-
quioris: Vide, ait S. Chrysostomus, impudentiam puel- Hom. 49.
in Matth.
lae, vides à diabolo penitus ipsam delineri, nec cau-
sam petitionis ullam offert, quippe nulla excogitari po-
terat, sed absque ratione altiorum calamitatibus hōpo-
rari contendit; & quidem dicente Chrysologo Quid pe-
teret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitiae necem,
mortem sibi semper contrariae sanctitatis; Herodias ve-
ro, ex Hugone Cardinali, carnis concupiscentia, filia
autem ejus est pehulantia, quae auferat caput Joannis, id-
est gratiam; quod & ponderans Euthymius ait: Nec in cap. 14.
Matth.
enim satis erat execrandae mulieri, quod interfectus es-
set Joannes, sed optabat quoque in manus habere caput,
quod in suam intuebatur lasciviam, ac libidinem, illud
ut consumeljis afficeret, ac insectaretur conviciis, uti teste
S. Hieronimo, praestitit linguam veriloquam discrimin- Apollog.
contra Juffi.
acu confodiens.

Et decollavit eum in carcere, hoc est
jussit decollari, & mox caput Martyris afferri, atque
in disco nefandae illi saltatrici presentari, quae illico
illud tradidit matri perversissimae: quot in morte in-
nocentis nocentes complices! Mulier, ait S. Chrysostomus Hom. 49.
in Matth.
dia-

218. diaboli usa patrocinio petitionem peregit; ille enim ef-
fecit, ut illa saltans placeret, ille mentem Herodis eripuit,
apud Silbey. ubi advertit Oleaster, Quam tenax propositi sit femina,
ut nil mali vereatur, dum faciat, quod concupiscit, & mō-
net S. Ambrosius: Hęc luxuria est, qua semper oblecta-
ti in Dei rebus infideles inventi sunt; ideo que instruit
1. Cor. 10. 7. (Apostolus) ne in hanc diffidentiam per affectum libidi-
nis incidamus,

Discipuli eius venerunt & tulerunt cor-
pus ejus, & posuerunt illud in monumento; quia rumo-
re tanti criminis audito non fugerunt Joannis dis-
cipuli, sed ut verē tales venerunt, & corpus residuum
ab Herode impetratum grati sepulture mandarunt,
capite in Regia ipsius Herodis humato, ut tradit Ni-
cephorus, de cuius sacri Capitis inventione agunt S. Cypri-
anus, Beda, Baronius, & alij apud a Lapide. At-
que ex dictis omnibus laudandus in fine restat Di-
vius Præcursor verbis S. Petri Chrysologi sic loquē-
tis: Joannes virtutum schola, magisterium vitæ, san-
ditatis forma, norma justitiæ, virginitalis speculum,
pudicitie titulus, castitatis exemplum, penitentia via
peccatorum venia, fidei disciplina. Joannes major
homine, par Angelis, legis summa, Evangelij sanctio,
Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mun-
di, præco judicis, præcursor Christi, metator Domi-
ni,

Eccle 1. 12. 49.

Ser. 127.

ni, Dei testis, totius medius Trinitatis, : Hæc ille²¹⁹.
Præcursori Christi merito adaptat, qui humanis nõ
potest linguis sufficienter exaltari, qui ore Divino dic-
tus est Major infer natos mulierum Matth. 11.

Caput V.

Apostoli, & Discipuli Christi Dñi
Cum ex pacta brevitate singulorum non permit-
tamur Apostolorum acta speculari, ne tamen eo-
rum, per quos mundus totus ad veritatis agnitionem
peruenit, omnino sileremus demiranda & imitanda,
consultum visum est, saltem quæ ad sacram illam
Communitatem pertinent compendiosa. hinc declaratio-
ne attingere, ut & Deum in illis laudemus, & quam
non meruimus ex ore ipsorum doctrinam audire,
hanc eandem ex sacro Volumine non negligamus
in animarum, præcipue nostrarum, emolumentum
educere, collaudare, meditari, & imitatione complere.

S. I. Apostolorum electio, numerus, & dignitas.

Textus: Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nomi-
navit. Luc. 6. 13.

Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. 1^{us}
Simon, qui dicitur Petrus, 2. Andreas frater ejus, 3.
Ja-

Jacobus Zebedæi, 4. Joannes frater ejus, 5. Philippus, 6. Bartholomæus, 7. Thomas, 8. Matthæus publicanus, 9. Jacobus Alphai, 10. Thadæus, 11. Simon Chananaeus, 12. Judas Iscariotes, qui tradidit eum. Math: 10. 2.

Caecidit sors super Matthiam, & numeratus est cum undecim Apostolis. Actor: 1. 26.

Christus Dominus secundo jam suæ sanctissimæ prædicationis anno, nocte quadam de more in oratione transacta, primo manū omnes, qui se propius fuerant secuti advocavit, atque ex eis duodecim selegit, quos Apostolos, seu missos appellavit, ut specialim mittendos fidem propagare, post transactum in sui societate quasi hybridiniunt: electi que sunt, quos sacer textus nominat, quorum unus Judas Iscariotes nefandè prævaricatus est, tradens Dominum suum, ac magistrum Judæis, se que ex impia desperatione laqueo suspendens: unde jam Christo in calum elato, reliqui Apostoli, Petro præside & definiente, alium elegerunt, qui loco Judæ duodecenarium implet numerum: sors que oblitit Matthiæ præ Josepho justo, & cepit Apostolicum munus, ut caeteri exercere

Legit duodecim ex ipsis: ex tot merè duodecim seliguntur, ut caute semper ambulemus, etsi in sancta versemur communi-

munitate, ex qua forte per pauci ita suum sequuntur ^{227.}
institutum, ut soli hi digni habendi sint specialia ejus
ministeria exercere: hinc quoque ex tot bonis aliqui so-
lum specialiter designantur ad majora, quia, ut ait Ori-
genes: Qui servant Dei mandata, et vocantur, ut adhuc <sup>Hom. 34
in Matth.</sup>
magis propinquiores efficiantur, audientes Venite benedic-
ti. Cur autem Duodecim? auctori à S. Thomæ dicente: in catena.
Quodenarius consurgens ex ternario, et quaternario,
significat eos predicaturos Trinitatis fidem, per qua-
tuor mundi partes, et quidem S. Augustino teste, Sa- ^{in 2. 86.}
ramentum magnum, hujus duodenarii significatio est
numeri; est nam que significatus, ex citato Angelico, ubi sup:
in duodecim filiis Jacob, 12 principibus filiorum Israel,
12 fontibus Helim; 12 lapidibus rationalis; 12 panibus pro-
positionis, 12 exploratoribus, 12 lapidibus, unde factum
est altare; 12 lapidibus sublati ex Jordane; 12 bobus
sustinentibus mare æneum; 12 stellis in corona sponsæ,
de quibus in Apocalypsi; duodecim fundamentis civitatis,
duodecim portis, &

Duodecim autem Apostolorum nomina
sunt hæc: quæ & ideo exprimi imprimis expediebat, quod
ab ipso Domino eligente tunc fuerint quoque prolata, ut
claret ex textu Marci, & Lucæ; deinde, quibus, ut ait A- <sup>Marci. 3. 10.
Lucæ. 6. 14.</sup>
bulensis, Viri illustres, & famosi ab omnibus cognoscuntur <sup>in 10. Matth:
2. 27.</sup>

222. ex nomine, cæteri autem, & turba, quorum origo, & æstas obscura sunt, licet cognoscantur ut homines, eorū tamen nomina ignorantur: de ordine verò nominationis eorum non est adeo curandum, ut de respectiva inter eos majoritate quidquam discutiāmus; solus Petrus ordine dignitatis insignitur, & primus describitur, præter quem nullus positivè ordinatur, aut scribitur secundus, vel tertius.

Primus Simon, qui dicitur Petrus, Primus utique non aetate aut vocatione; in his enim eum præcessit Andreas; imò nec dilectione, qua præcipue dignatus est Joannes, sed auctoritate & ea excellentia, qua eorum caput, & princeps constituendus erat, & ab eo potestas in ecclesiam universam derivanda: quare dicit S. Paphlasius: ille in meritis primus æstimatur, per quem, & in quo ad alios dona transmittuntur: accipiunt autem reliqui (successores) in eo omnes claves regni cælorum, cum ei à Dño specialius committuntur. & sanè convenienter hic, ut in omni communitate unus præficiatur, tum ut obedientia exerceatur exactius, tum ut omni emulationi via præcludatur: hinc S. Hieronymus ait: Propterea inter duodecim Apostolos unus eligitur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio.

Et Andreas frater ejus, scilicet Petri,

Nomen que Andreas grecum est & equivaleat Fortis,
Robustus, Virilis, ut fuit in predicatione exercenda,
 & mortis morte crucis subeunda: prius fuerat discipu-
 lus Joannis Baptiste, a quo missus ad Christum primus
 Apostolorum etiam nomen meruit, ad eum que fratrem
 suum Petrum natu minorem adduxit: ubi notanda
 charitas inter eos verè fraterna, quæ tantum bonum cog-
 nitum illicò fratri communicavit in eo, & ex eo maxi-
 me Virilis, & fortis, juxta illud Proverbiorum: Frater, Prov. 18. 19.
 qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma,

Jacobus Ze-

bedæi, & Joannes frater ejus, ille qui Supplantator in-
 terpretatur, & omnium primus pro Christo sanguinem fu-
 dit; hic autem, qui gratosus, & misericos, specialiter
 Dño dilectus occultiora novit secreta cælestia: His duobus
 Christus nomina imposuit Boanerges, quod est filii tonitru,
 cujus rationem hanc tradit Theophylactus: Filios tonitru in Marc. 1.
 appellat Dñs Jacobum & Joannem, ut præcipuos predica-
 tores, & maxime Theologos; sed & nos tonitru filios effici
 posse, sic docet Ambrosius dicens: Potes esse filius toni- L. 7. in Luc.
trui, si non in terra, sed in pectore Dñi recumbas; si te
 terrena non moveant, sed ipse potius ea quæ terrena sūt
 mentis tuæ virtute concutias: tremat te terra, non capiat,
 vereatur potestatem animi tui, & concussa subdatur.

Phi-

Philippus, & Bartholomæus, ille ex Cyrillo, Os
 lampadis, iste ex Hieronymo Filius suspendentis a-
guas interpretatur; ille nomen abundè adimplevit præ-
 dicationis luce orbem illuminans; de quo Albertus Ma-
 ait: Philippus os lampadis interpretatur, quæ ardet cha-
 ritate, & Carthusianus: Philippus commendatur à fer-
 vore charitatis fraternæ, zeloque animarum; sed &
 s. Bartholomæus nomen illud verificavit assidua ora-
 tione suspendens aquas procellosi maris huius sæculi, &
 ut est apud Metaphrastem, Tenuit orationis sue re-
 tia, & gentes ipsas è profundo ereptas, illos quidem
 captivas, sed ad vitam tamen ductas conservavit;

Thomas, & Matthæus publicanus; Thomas fuit qui dubi-
 bitando fidem nostram firmavit; Matthæus, qui ex sua
 conversione spem nostram roboravit: de illo dicit Surius
 Thomas, qui est fidei nostre pater ex incredulitate in-
 dex perfectus veritatis; & s. Bernardus ait: Citius qui-
 dem ego, qui infirmus sum, crediderim Thomæ dubitan-
 ti & palpanti, quam Cephe audienti, & credenti; De
 sancto Matthæo audi s. Petrum Damianum in eius fes-
 tivitatis clamantem: O quam dulcis, quam jucunda,
 quam delectabilis est ista festivitas, in qua peccator ad
 amorem Dei accenditur, fides augetur, mens quæ dissi-
 dat

In 2. i. i. i.

Ser. 2. de s. Philippo.

Joseph humilis

in vita 6. 74.

Hom. 1. sup. Matth.

Ser. 2. de s. Matth.

bat, erigitur, certa spei gratia cumulatur, 225.

Jacobus
Alphaei, & Thadæus, prior ad distinctionem Jacobi
Majoris cognominatur Jacobus minor, ab ætate solum
aut vocacionis tempore; de eo sic Carthusianus habet: *Apid Marci*
Jacobus iste dicitur est frater Dñi, scilicet Christi: quoniam
in vultus dispositione, lineamentis que corporis, ac modo
conversationis exhibit ei simillimas: quid aliud de eo di-
ci valet? Thadæus, qui & Judas Jacobi, ^{minoris} cujus frater erat
Evangelium predicavit in Judæa, Galilæa, Samaria, Ju-
dæa, Arabia, Syria, & Mesopotamia, & cum S. Simone
transiit in Persiam, simul que martyr coronatus est: de
eo refert S. Bonaventura quod Rex Abagarius vidit ^{Ser: de SS.}
in ejus vultu quemdam mirum splendorem mirifice ra- ^{Sim: de Jud.}
diantem: virtutibus nempe, & maxime charitatis fulgore
ut noster Cornelius ait per hæc verba: Chrysoprasus est
Judas Thadæus, aurea sapientia acer in hæreticos, ut pa-
tet ex tota ejus Epistola, æque ac aureo charitatis, sua-
vitalis, omnium que virtutum fulgore.

Simon Canana-
us, & Judas Iscariotes, qui tradidit eum; S. Simon
ab ortu in Cana Galilææ Cananæus dicitur, & à zelo
honoris Dei zelotes appellatus, predicavit in Agypto,
Africa, & majori Britannia, ac demum Judæa Thadæo

dæo comes exhibit martyrii. illum sic laudat S. Ful-
 gentius: *Simon ille Cananæus, qui mutavit nomen,*
gentis, & inseruit florem suum coronæ virtutis, adha-
tus manibus saluatoris fulget de ista corona igneo
vigore decoratus. Judas quoque Iscariotes ad sacri-
 ficerat Apostolatium vocatus, sed cupiditate malorum om-
 nium radice perversus, pravaricans vendidit Dñum, &
 impiè panitens laqueo se suspendit; sed & ejus electio-
 nis causas à Patribus audiamus: Eligitur, ait S. Ambro-
 sius, non per imprudentiam, sed per providentiam, &
 quam providentiam? Voluit (prosequitur) prodi, voluit
 ab Apostolo tradi, ut tu, si à socio deseritis, si à socio
 proditis fueris, moderate feras tuum errasse iudicium,
 periisse beneficium; & Magnus Augustinus inquit: Ad-
 buit Christi inter Apostolos unum, quo malo utens bene
 & suæ passioni dispositum impletet, & Ecclesie suæ tole-
 randorum malorum præberet exemplum; Ac tandem
 sic discurrit S. Paschasius: Non vacat mysterio, dicit,
 duos fuisse inter Apostolos hoc nomine vocatos, ut unus
 dicatur Judas Jacobi, alter vero Scharioth; quia Judas
 confessio interpretatur; ut unus eorum teneret formam
 verè confitentium, quorum pars fideliter permanet cum
 Dño; alter vero eorum partem exprimit, qui confiten-
 tur se nosse Deum, factis autem negant; Cecidit sors
 super Mathiam, sors quidem à Dño directâ; præmis-
 sa

in Natali
 Apost.:

L. 5. in
 Lucam.

L. 18. de Civ.
 cap. 49.

L. 12. in
 Matth.:

sa nempe oratione, & Deo Apostolorum animos ex-^{227.}
citante. Mathias dignior, & aptior dijudicatus est, pra
Barsaba iusto; & quo, & Dei iudicia extollenda, & Ma-
thia meritum arguendum est, & laudandum: bene ad-
modum de Mathia sic loquitur Dionysius Carthusianus: Serm: in lect:
Coram hominibus irreprehensibiliter se habuit, in vera
exemplaritate; nam in tam magno Apostolorum, &
Discipulorum consortio, in tantum cunctis complacuit,
quobcum concorditer stahuerunt unum duorum, quos
ad Apostolatus officium reputabant magis idoneos, &
Dei ordinatione sors cecidit super Mathiam tanquam
super meliorem.

Et annumeratus est cum undecim A-
postolis, tanta dignitate & excellentia dignus habitus,
& politus: Apostolatus quidem praestantia eximia non
nisi per multis encomiis explicari valet, ut ait S. Pascha- Lib: 6. in Math:
sius: hinc est, quod ad tantum munus exercendum tot
Mathiam decuit prestare donis, ac virtutibus, quot sic
enumerat S. Antoninus dicens: Fuit in lege Dni doc- 1. p. tit: 6. cap: 2.
tissimus, corpore mundus, animo prudens, in solvendis
questionibus sacrae scripturae acutus, in consilio pro- ptus,
in sermocinatione expeditus, multorum signorum pa-
trator, extensis in caelum manibus Martyr spiritum
Deo reddidit; & quidem S. Paschasius dixit: Docuit Lib: 7. in Math:
De-

228. Dominus suos summa, & sublimia, quippe ut con-
diant salis officio ad incorruptionem animas, ut illu-
minent eas ad intelligentiam veritatis, ut defendant,
quas acquisierint, ab impulsu hostili, defensos vero,
ut accendant ad amorem Divinitatis. ~

J. II. Apostolorum Missio, & Potestas.

Textus: Hos duodecim misit Jesus. *Math: 10. 4. 5.*

Euntes autem predicatæ. N. 7.

Infirmos curate, mortuos suscite, demones ejicite. N. 8.

Et præcepit eis, ne quid tollerent in via. Marci 6. 8.

Mittite vos sicut oves in medio luporum. Math: 10. 4. 16.

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.

*Euntes in mundum universum predicatæ Evangelium omni crea-
tura. Marci 16. 4. 15.*

Accipite spiritum S. quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Joan: 20. 4. 22.

*Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummati-
onem sæculi. Math: 28. 20.*

Jesus ergo duodecim Apostolos suos, ut legatos
primarios legavit, & misit per totum orbem, ut
Evangelium suum annuntiarent, omnibus genti-
bus, ut officium, ad quod ab eo vocati erant, exe-
qui jam inciperent, ejusque subse Magistro adhuc
vivente tyrocinium ponerent: ad quod mira eis de-
dit documenta, prædixit toleranda, promisit præ-
mia, & specialia contulit dona; mox Sacerdotes
constituit & Episcopos, suæque Ecclesie Principes
pri-

primarios cum potestate peccata remittendi, Ecclesie
thesauros ex ipsius meritis distribuendi, ac post suam
Ascensionem universum mundum Spiritus Sancti
accepta gratia illuminandi suam illis perpetuam
promittens de caelo assistentiam, & specialem ad sin-
gula concurrens: Unde potestas Apostolorum ex-
sistit maxima, longe major, quam nunc Episcopo-
rum, ut tunc ad Ecclesie Christi plantationem de-
cebat; fuerunt namque Apostoli immediate à Chri-
sto edocti & legati cum summa auctoritate in to-
tam Ecclesiam, ut Christianam disseminarent doctri-
nam, hanc que dono linguarum & miraculis firma-
rent; deinde ex fidelibus aptiores subdelegarent, E-
piscopos & sacerdotes ordinarent, ac tandem cæ-
tera omnia quæ in Ecclesie exordio oportuit sta-
biliri, ipsi absoluta potestate statuerent Christi
Dñi nomine, quem S. Petrus, ut inter eos primus,
representabat, & cui mera subiectione, non potes-
tate, pro tunc erant inferiores; etsi post dislatam
toto orbe Ecclesiam nunc expediat in solo Petri
legitimo Successore residere illam potestatem omni-
modam.

Hos duodecim misit Jesus; hæc prima fuit
Apostolorum missio, ut sentit Albertus magnus, in
qua

quæ doctrinam suam innegabilibus confirmarent; con- 231.
ducunt enim maximè prodigia ad veram fidem primo
stabiliendam, ac pertinacium incredulitatem conver-
tendam: hinc affectuose Richardus Victorinus: *Somi-* lib. 1. de
Trinit. c. 2.
ne, inquit, si error est quod credimus, a te decepti su-
mus; ista enim in nobis iis signis, & prodigiis con-
firmata sunt, quæ non nisi a te fieri potuerunt;
Notandum tamen quod monet S. Hieronimus, ne mi- Apud
Layide
racula semper in sanctitatis accipiamus argumentum,
ait enim: Virhites facere interdum non est meriti ejus,
qui operatur, sed invocatio nominis Christi hoc agit
ad aliorum utilitatem, & S. Gregorius: *Probatio san-* lib. 20.
Mor: 8.
ctitatis non est signa facere, sed proximum ut sedi-
ligere, de Deo verca, de proximo meliora, quàm de
se sentire.

Et præcepit eis ne quid tollerent in via,
ut evangelicæ paupertatis fundamenta jacerent præ-
vio exemplo, uti ipsemet Dñus omnium per totam vi-
tam suam docuerat: sic modo, dicente Chrysostomo, Hom: 33.
in Matth:
ab omni seculari cura liberos reddit, ut prædicationi
solum vacare possint, atque, ut ait S. Anselmus, Qui-
a alios ad contemptum secularium debent invitare,
præcepit, ut neque aurum, neque argentum, vel nummos
in zonis possideant, S. quoque Hilarius habet: Ne quid
in

in ministerio nostro venale sit, admonemur, neque hoc
Apostolatus nostri opus fiat auri, argenti, æris quoque pos-
sessio.

Mitto vos sicut oves in medio luporum: hac
similitudine prædicat Apostolis Dominus contradictiones &
persecutiones, ut præmonitione parati, facilius adver-
sa superarent: audi Albertum magnum: Hac Christi
admonitione armat eos contra persecutiones; & ne
desperarent, ponit tanquam mitigationem infra: Qui
perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; & S.

Ham: 24
in Imperio
Chrysostomus ait: Sicut oves (monet Christus) cum
ceperint vos lupi vellicare, nolite resistere, aut voci-
ferare, scientes, quia nisi vos spoliati fueritis, alii non
vestientur, & in Ps: 120. Quid ove mansuetius, ait,
quid verò lupo agrestius; hic tamen ab illa superabi-
tur: nihil enim mansuetudine potentius, nil lenitate
validius, ac firmitus.

Estote ergo prudentes sicut ser-
pentes, assignat arma ad vincendum, & primo ser-
pentinam prudentiam, quæ ex S. Hieronymo ideo
ponitur in exemplum, Quia serpens toto corpore
occultat caput, ut illud, in quo vita est, protegat; ita
nos toto periculo corporis, caput nostrum, qui
Christus est, custodiamus, id est fidem integram,

& incorruptam servare studeamus; & ex mente *Sti: 233.*

Ambrosii docet hic salvator, velut bonos serpentes, *ser: 6. in*
depositis carnis exuviis, temptationum hyemalium rigore *Ps: 118.*
superato, & Spiritus sancti renovatos gratia, æstiva

in mundo luce fulgere)

Et simplices sicut columba, sed
& columbina præcipitur simplicitas, & omnis doli
devitatio. Simpliciter dixit (ait S. Thomas) contra dolo-

sitatem, quæ aliud gerit in corde, aliud in ore. S. Bas-

chasius, Columba, inquit, non rostro nocet, nec unguibus
discerpi; sed simplicitatem amoris, sine amaritudine

intus custodit: unde, ut loquitur Brixianus, ille sim-

plex ut columba, qui ne animo quidem, & cogitatione
admittit ulcisci, qui sibi insidiatur, sed præstat benefi-

cia: ideo autem simul & prudentiam, & simplicita-

tem requirit Dominus, quia, ait S. Remigius: simplicitas
sine prudentia facile decipi potest; & prudentia pericu-

losa est, nisi simplicitate temperetur, & ut ait S. Grego-

rius: ut serpentis astutia columbae simplicitatem acue-
ret; & columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret,
Denique quæ, ut per prudentiam devitet insidias, per
simplicitatem non faciat malum, ait S. Hieronymus.

Eun-
tes in mundum universum prædicare Evangelium
om-

Lib: 6.
in Matth:

Apud
Sylveir:

Apud
A lapide

Lib: 6.
Epist: 31.

234. *omni creaturæ*: Hoc, quod sæpius Apostolis in-
iunxit Divinus Magister, mox ascendens in cælum
confirmavit: quod est dicere ait S. Chrysologus: Estote
Ser: 83. uos spes omnibus, sed & sic id. moralizat Carthusia-
nus: *Evangelio isto, inquit, docemur, quod Prælati ac*
Prædicatores nullum subditorum suorum debent despi-
cere, sed sine personarum acceptione unumquemque
pro posse suo instruere, exhortari, corripere, castigare,
cum in Evangelio isto dicat Salvator: Prædicate Evan-
gelium omni creaturæ: Haymon autem ait: *Omni*
creaturæ prædicatur Evangelium, cum soli homini præ-
dicatur, quia ille docetur propter quem omnis creatu-
ra visibilis facta est.

Accipite Spiritum S. quorum re-
miseritis peccata, remittuntur eis: præcipuam per
hæc verba contulit Apostolis Dñi potestatem, ut de-
licta quibus denuò æternæ pænæ nos reos constituimus,
per reconciliationis Sacramentum deleri valeant: ubi
S. Gregorius dicit: *Principatum divini iudicii sortiuntur,*
ut vice Dei quibusdam peccata refineant, quibusdam
Ser: 84. *relaxent, & S. Chrysologus ait: Dedit potestatem re-*
mitterendi peccata, qui insufflatione sua insudit ipsi
cordibus eorum, & largitus est remissionem.

Ego

Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consum-^{235.}
mationem sæculi: suam modò Apostolis promittit
continuam assistentiam, seu specialem pro agendis
& patiendis in Evangelii predicatione cooperationem.
quasi illis diceret, ait S. Prosper: Nolite de vestra in-^{2. de Voc.}
firmitate trepidare, sed de mea potestate confidite. ^{Gent: c. 1.}
qui vos in opere non derelinquatur, non ad hoc, ut nihil
patiamini, sed quod multo majus est, præshturus, ut
nulla sciantium crudelitate superemini; ex quo bene
inhulit Auctor quidam: statim sumus salvari Chri-^{Lucifer}
sti clypeo muniti, lorica pietatis ejus circumdasi im-^{Calatitanus}
mobiles, magis magisque in omnibus victores, ~ ^{in Opere}
^{Moribusque}
^{pro filio Dei}

S. III. Apostolorum Virtutes, & Præ- dicatio ~

Textus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Math: 19.
Pater sanctifica eos in veritate. Joan: 17. v. 17.
Perseverantes unanimiter in oratione. Actuum. 1. 14.
Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum. Act: 2. 42.
Fiebat autem omni anima timor. v. 43.
Virtute magna roborant Apostoli testimonium Resurrectionis
Jesu Christi. & gratia magna erant in omnibus illis. Act: 4. 33.
Ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt
pro nomine Jusu contumeliam pati. Act: 5. 41.
Omni autem die non cessabant. evangelizantes Christum. v. 42.
Disseminabatur autem verbum Dñi per universam regionem.
Act: 13. v. 49.

Sancti Christi Dñi Apostoli excelluerunt in omni jus-
titia, sanctitate, ac perfectione altissima, utpote socii,
Et

collaborales ipsius Christi æternæ Sanctitatis: hinc
 ut fulgentissima sydera magno omnium virtutum
 fulgore resplenderunt, ac universum orbem illus-
 trarunt: fuerunt ergo verè pauperes spiritu, nil pro-
 prium possidentes, sed necessitatibus in communi pro-
 videntes, ut qui omnia quaecumque habebant reli-
 querunt ut Jesum sequerentur & imitarentur: mira
 inter omnes fuit charitas, & uniformitas, fortis obedi-
 entia in omnibus quæ Dñus præcipiebat; excellens
 castitas qua vel semper virgines, ut eorum plures, vel
 post vocationem mirè continentis; atque has tres
 virtutes, ut communiter sentiunt Doctores Catholici,
 voto firmarunt Sacri Apostoli, qui jam Evangeli-
 um annuntiaturi ferventissimo arserunt zelo on-
 nes homines sub christi vexillo congregandi, nec
 ullis persecutionibus territi, immo animo peralaci
 adversa plurima & contradictiones innumeras sus-
 tinuerunt, non cessantes Christum prædicare, &
 copiosorem in dies hujus prædicationis fructum
 colligentes, ut in eorum Actis, & singulorum his-
 toriis abunde narratur

Ecce nos reliquimus omnia
 & secuti sumus te; quidquid Apostoli relique-
 rint

rint parvum, vel multum, verè omnia reliquerunt ^{237.}
in sensu B. Gregorii dicens: *Multum deseruit, qui vo-* ^{Hom: 5.}
luntatem habendi dereliquit: à sequentibus Christum, ^{in Evang:}
tanta relicta sunt, quanta à non sequentibus dese-
rari potuerunt; hinc perbellè Chromantius dixit: O ver- ^{ser: 1.}
re beata paupertas, quæ cum nihil de mundi faculta-
te habeat, multum de celo largitur, & S. Augustinus ^{ser: 28.}
Non tibi displiceat paupertas tuæ, nihil eæ potest di- ^{de verbis}
ctus inveniri. Vis nosce, quàm locuples sit? Cælum ^{Apostoli:}
emit. Quibus thesauris conferri possit, quod vide-
mus paupertati indulhim.)

Et secuti sumus te,
et hoc tanto præstiterunt affectu Apostoli, ut jam
nihil de se solliciti ejus vnicè curarent exequi iussa,
& facta imitari: sed cum Chrysostomo Diligenter ^{Hom: 65.}
expende quàm exquisite duo illa, quæ Christus à Di-
vite petiit, ut scilicet pauperibus substantiam distribu-
eret, & Christum sequeretur breviter complexus est, & S.
Paschasius ait: Et ipse Petrus, & omnes coapostoli ^{lib: 9. in}
nec non, & quam plurimi, qui crediderunt ex Judæis, ^{Matth:}
contra possibilitatem humanam, per Dei gratiam cre-
diderunt in Christum; sed & Divus Bernardus hic ^{Homil:}
mirè reflexit, dicens: sed nec inutilis commutatio pro
eo, qui super omnia est, omnia reliquisse; nam &
simul

238. simul cum eo doncentur omnia, & ubi apprehenderis eum, erit unus ipse (tibi) omnia in omnia in omnibus, &

Pater sanctifica eos in veritate; hoc est, confirma, promove, & perfice eos in sanctitate; jam enim erant Apostoli sancti, à longo cum Christo consortio, sed juxta illud: Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, Christus suos vult semper in bono crescere & perfici: quod sic interpretatur Theophylactis: Sanctifica eos, Pater, in veritate hoc est, separa eos in predicationem, & fac eos sacrificium, quod veritati tue ministret. & constitue eos veritatis testes, sicut me misisti veritatis testem, & hostiam.

Perseverantes unanimiter in oratione, Perpende animorum concordiam, & orationis studium, uti sic S. Cyprianus notat: Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione; orationis suae, & instantiam simul, & concordiam declarantes; quia Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo, non admittit in divinam & aeternam domum nisi apud quos est unanimes oratio. & S. Augustinus ait: in templo erant unanimes collaudantes Do-

Ser. de Unit.
Rom.

Ser. 9. de
Tempore.

239.

Dominum, ut vna eos inveniret corona ignea, dove-
nientium gratiarum. In templo etiam, fratres, unani-
mes demoremur.

Erant autem perseverantes in doc-
trina Apostolorum, quam scilicet hi, & verbo trade-
bant, & exemplo, ut qui jam spiritu S^{to} repleti suscep-
ta dona mirabiliter communicabant: unde sic ait *in 2^o Jo.*
S. Augustinus: isto igne inflammari coeperunt ire
per mundum, & inflammare, & incendere in circui-
tu inimicos ejus; quos inimicos ejus? qui deserto eo,
à quo facti erant, adorabant simulachra: tanta mu-
tatio dextera Ezechi facta est per Apostolos eorum
que doctrinam cui tot adhererant, & perseveranter
obediebant.

Habebat autem omni animae timor: timor
scilicet Dⁿⁱ, quem sua predicatione primò ingere-
bant Apostoli, ut vera Sapientiae principium, imò
ut felicitatis obtinendae tutissimum medium, juxta
illud Theodori: Accipientes, D^{ne}, timorem tuum,
velut bonum semen, & hunc in utero gestantes, op-
portuno tempore salutem reportabimus: hinc Sanc-
tus timor Dei à Clemente Alexandrino appellatur *lib. 2. Strom.*
Pedagogus legis, ac Ecclesiae, à S. Basilio Clavi, qui *in 1. Prov.*
nos fixos in officio continent, & à S. Chrysostome Mi-
*Hom. 19^o
ad 74^o.*

240. -les armatus, excubans ad fores conscientie, Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Jesu-Christi, quem continuo predicabant, ut qui iudeis fuerat scandalum, gentibus stultitia, verus ut erat, agnosceretur Dei filius, cum propria virtute, quod solius Dei est, resurrexerit.

ser: 44. ubi ex S^{to} Ambrosio, Cum succiso per iudeos corporis flore, rediviva de sepulchro resurrectionis gloria germinavit, & in floris modum odorem pariter & nitorem, cunctis que hominibus immortalitatis efflavit odorem.

Et gratia magna erat in omnibus illis, magna & sanctitatis erga Deum, charitatis & unionis inter ipsos Apostolos, itemque benevolentia & beneficentia erga omnes: hinc dicitur c. 2. xi. 47. gratiam habebant ad omnem plebem, & quidem, ut existimat Eusebius, Sacri Apostoli aliquid supra hominem, & quasi divinum spirabant in vultu, voce, moribus, gestu, ac modestia, ita ut eorum presentia sanctitatem exhalaret iuxta illud Apostoli: Christi bonus odor sumus, Jobant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti

bili sunt pro nomine Jesu contumeliam pati, pra^{241.}
amore, ut decebat, tanti Magistri, qui tanta pa-
tientia & charitatis dederat exempla: unde videt
Apostolos alloquens S. Anselmus: Vobis donatum, in Philip:
1. x. 16.
est, ait, quasi premium pro Christo, quem diligi-
tis non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro
illo patiamini ad cumulum gloriae: Est quippe, dicit
S. Chrysostomus, fortitudinis excellentissimus gradus,
non tantum patienter, & libenter, sed laetanter quo-
que aduersas res ferre.

Omni autem die non cessa-
bant... evangelizantes Christum: ubi demiranda
venit sanctorum Apostolorum fortitudo, ac constan-
tia, qua vel inter aduersa non desistunt Christum
praedicare, quia utique pro Dño pati ~~et~~ gaude-
bant, & iam sacro se parabant martyrio, iuste ipsis
desiderabili, ut ait Methodius sic: Adeo enim domi-
rabile, & omni studio expetendum est martyrium, ut Apud
Theodorat:
Sial: 1.
ipse Dñus Jesus filius Dei se eo honorari testatus
sit.

Diseminabatur autem verbum Dñi per uni-
versam regionem, predicatione & exemplis Apos-
tolorum, qui simul verbis, & factis fidem radica-
bant

242 bant, & mores bonos edocebant: plus enim lu-
cent bona opera quam pulchra verba; tunc que
verba nostra auditores illuminabunt, si adjungam-
us sancta opera: unde magnus Gregorius dixit: lu-
cernas ardentes in manibus tenentis cum per bona
opera proximis nostris lucis exempla monstramus)

Hom: 13.
in Evang:

S. IV. Apostolorum miracula

Textus: Prædicaverunt ubique, Dño cooperante, & sermo-
nem confirmante sequentibus signis. *Marci. 16. v. 20.*
Cæperunt loqui variis linguis magnalia Dei. *Act: 2. 4.*
Multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in
Jerusalem fiebant. *Act: 2. 43.*
Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum
Jerusalem afferentes ægros & vexatos à spiritibus im-
mundis, qui curabantur omnes. *Act: 4. v. 16.*
Imponebant manus super illos, & accipiebant spiri-
tum sanctum. *Act: 8. 17.*

Ascendens in caelum Christus Dominus dedit Apo-
stolis suis potestatem omnis generis miracula
patranda, unde prædicationem Evangelii confirma-
bant prodigiis & signis, uti maxime in exordio Ec-
clesie expediebat, ut falsa demonum phantasma-
ta veris, ac mirabilibus eluderentur portentis: hinc
prophetiæ dono illustres Apostoli futura prævuntia-
bant, & ab eventu secuto fides augebatur fidelium,
stupor crescebat infidelium; illos mirabantur diver-
sis

sis linguis loquentes prout audientium deposcebat 243.
diversitas; in nomine Christi de corporibus demo-
nia eiciebant; omnimodas curabant infirmitates;
mortuos suscitabant; elementis omnibus imperabant;
tum in bonorum Elemolumentum, tum in penam
rebellium, ac tandem mera manuum impositione,
quos tangebant, spiritu sancto replebant: ex qua
tantum tamque varia potestate, & sui admiratio-
nem, & Christi filii Dei gloriam, mirabiliter pro-
movebant. Cum autem unusquisque eorum in
illa mundi parte, quae sibi obhigerat, praedicaret si-
milibus cum opus erat, dicta signabat prodigiis,
ut in privata cujuslibet eorum enarratur histo-
ria in Actis sanctorum.

Prædicaverunt ubique
Dño cooperante, ad prodigiosum nempe Aposto-
lorum prædicationis fructum, quidquid enim hu-
mana verba sonuerint, ni rerum scrutatoris con-
cursus accedat, corda non accenduntur; ut bene in-
sinuavit Apostolus cum dixit: Neque qui plantat
est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum
dat, Deus; & S. Ambrosius: Non hoc, inquit, huma-
na facundia opus, sed superna vocationis est munus,
& S. Zacharius ait: Quando sol justitiae illucebat,
tunc

1. Cor. 3. 7.

S. 4. in Luc.

Apud Cor-
inthios

244. tunc apostolicum rete laxatum fuit, hoc est sermo-
nes Apostolorum, & magnam hominum praedam a-
depi sunt.

Et sermonem confirmante sequentibus sig-
nis: Motioni suae etsi efficacissima vult quoque Deus
prodigia accedere, ut humana volubilitati, naturali
que se accomodat curiositati: hinc dicit S. Cyrillus:
Christus miraculorum magnitudine simul, & multi-
tudine ostendit se Messiam esse; commenda vit
tamen ipse Dominus eos qui visibilibus signis
non egent ut credant; quare S. Thomae dixit:

Beati qui non viderunt & crediderunt.

Caeperunt
loqui variis linguis magnalia Dei, ut qui dono
quoque linguarum fuerunt praediti, ab Adventu
Spiritus Sancti, ut omnis lingua confiteretur quia

Philip: Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, atque
2. 11.
ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines
28. 18.
orbis terre verba eorum; Caeperunt loqui, ait Ocu-
menius, erant scitae, brevesque sententiae, quas lin-
guis variis proferebant; & Magnus Gregorius dicit:

Hom: 30.
In Evang. Linguis igneis apparuit Spiritus, quia omnes quos
reflexerat, ardentes pariter & libantes facit: nam
otiosus est sermo Doctoris, si praebere non valet in-
cedium

245.
amoris: hinc est, quod non quidquamque, sed ma-
gnalia Dei loquerentur Apostoli, quibus & promissum
erat quod linguis loquerentur novis, hoc est, Marci 16.
ex mente s. Bernardi jam recesserant vetera de ore eo-
rum, nec de cetero vetusta protoparentum lingua lo-
quuntur Declinantium in verba malitia ser: 1. de
Aicons:

Multa quo-
que prodigia, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant,
ut Christus Magister ipsis promiserat, dum ad caelos as-
cenderet, dicens quod ad fidem eorum, seu virtutes qui-
bus fulgerent, miracula sequerentur: signa autem eos Marci 16.
qui crediderint, haec sequentur, quibus & eorum prae-
dicatione confirmanda, & virtus erat manifestanda: Erant
enim Apostoli, ait Chrysostomus, sicut Angeli admi-
rabiles, oratione caelestes, moribus divini, vultu vene-
rabiles, affabilitate amabiles, ignem zeli, ac devotionis
spirantes. Magnificabat eos populus, prosequitur tex-
tus, & venit Aethiopicus. Honorabant eos populi

Con-
currebat autem & multitudo vicinarum civitatum
Jerusalem afferentes aegros, & vexatos à spiritibus
immundis, qui curabantur omnes: quod iterum
concordat bifata promissioni quae dicitur Apосто-
lis: In nomine meo demonia ejicient... super a-
gros

gros manus imponent, & bene habebunt: super
 quo melliflue S. Bernardus reflectens dicit: *Primum*
 opus fidei per dilectionem operantis, cordis compunc-
 tio est, in qua sine dubio ejiciuntur demonia, cum
 eradicantur e corde peccata, & post pauca: super
 egros manus imponent, & bene habebunt, id est, legas
 affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio cura-
 buntur, & quidem Apostoli ea signa & physice
 & mystice mystice, seu temporaliter & spiritualiter
 operati sunt

imponebant manus super illos, & ac-
 cipiebant Spiritum sanctum: nec minus prodigi-
 um est quod ad Apostolorum contactum require-
 tur advenitus Spiritus Sancti; sed & in hac manuum
 impositione, caeteris que exterioribus signis quibus
 sacri utebantur Apostoli supernum semper & in-
 visibile latebat mysterium, ut bene Tertullianus
 contemplatur, cum ait: *Caro ungitur, & anima con-*
secratur; caro signatur, ut anima muniatur; caro
manus impositione adumbratur, ut anima spi-
ritu illuminetur: Sic enim Dominus per Apostolos,
 & hi in ejus nomine signa omnia & prodigia in
 majorem credentium ordinabant copiosorem
 que utilitatem.

lib. de Resur.
 cap. 8.

S. V. De Discipulis Christi Dñi.
Ubi de Redemptoris agimus Apostolis, iustum,
equum que visum est de Discipulis quoque illius
horum que in munere velut Coadiutoribus brevè
saltem intermiscere sermonem, pro quo sint se-
quentia pauca

Textus: Designavit Dñus, & alios septuaginta duos. Luc. 10.
Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. N. 3.
Nolite portare sacculum, neque peram, neque calcea-
menta. N. 4.
Manducate quæ apponuntur vobis. N. 8.
Et curate infirmos. N. 9. Et dicite illis. & N. 5. & 9.
Etiam demonia subjiciuntur nobis in nomine hio. 17.
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes. 19.
gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt
in cælis. N. 20.

Sicut Moyses initio sui Principatus delegit duode-
cim velut principes, & patres duodecim tribuum
Israel, deinde crescente populo, & principatu ex
singulis tribubus elegit sex, hoc est universim sep-
tuaginta duos velut populi senatores; ita Christus
Dominus voluit primo duodecim Apostolos, dein-
de horum unicuique sex presbiteros velut Coad-
iutores assignare, ut multiplicato credentium nu-
mero, cunctis abunde suppeditaretur de Ductore
seu

seu Pastore gregi accommodato: horum enim quoque Discipulorum officium erat propinquum Dei, & Christi regnum prædicare, & miraculis confirmare, obeundo omnia Judææ oppida, ad quæ initio fidei propagationis non sufficiebant Apostoli; istorum Discipulorum nomina non refert Sacer factus, esseque incerta, ex eo patet, quod alii alia, altera alteri eis assignent, ut bene advertit. A lapide, testatur quæ Eusebius se nunquam ea invenisse scripta: nonnullorum tamen nomina ex Actis Apostolorum colligi possunt; ut Matthiæ, Barsabæ, Stephani, Ananite, Barnabæ, Manason: omnes Apostolica virtute donatos, ob dignitate illis inferiores, patet ex ipso eorum munere coadjutorio, missione, miraculis, prædicatione ac fine glorioso, ex quibus Matthias loco Judææ ad Apostollatum est sublimatus: unde, ut inferunt Doctores, Episcopi nunc ut Apostolorum successores, reliqui Sacerdotes ut Discipulorum habendi, supposita semper temporum diversitate, variis que circumstantiis ac requisitis: Marcum & Ludum^{Evang.} ex istis Discipulis fuisse passim Doctores supponunt, id negantibus non paucis apud A lapides De-

I. i. Hist:
c. 4.

Act. 6. 9.
21. & 12. ca.
p. 10. & 11.

Anacle:
Ep. 2.
Hier. ad
Marcellan.
Beda in Luc:
c. 19.

in Proemio
ad eorum
Evangelia.

Designavit Dominus, & alios 72: ex multis scilicet ^{249.}
qui jam Christum Magistrum sequebantur, hos ipse
signanter elegit, ea quia sic Anaclethus enarrat ratio- <sup>Ep: 2.
D. 1. 1. 1.</sup>
ne: Videntes autem, ait, ipsi Apostoli messem esse mil-
litum, & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis, ut
mitteret operarios in messem suam: inde electi sunt ab
ei (puta presentati) septuaginta duo, cujus numeri
typus fuit idem seniorum numerus à Moysse constitu- ^{Num: 11. 24.}
tis ad totius populi causas examinandas, componendas,
atque regendas. Hos quoque Discipulos, uti & Aposto- <sup>In Sib: 5.
Regim.</sup>
los, misit Dominus binos, cujus hanc dat S. Eucherius ra-
tionem: Minus quam inter duos charitas stare non po-
test: unde Salvator binos ad prædicandum Discipulis
mittere curavit, ut facite doceret eos, qui verbum fidei
prædicarent, virtutem dilectionis ante omnia opera esse
tenendam.

Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos,
idem que Dominus dixerat Apostolis suis, denotans, para-
ratos ad martyrium esse debere eos qui ab ipso ad
prædicationis munus destinantur, ut notavit Cajetanus, <sup>Apud
Silveiram</sup>
vel ut eos agnina mansuetudine Christiana lupina
infidelium ex collata virtute superarent, ut innuit S. <sup>Apud
S. lapide</sup>
Ambrosius cum ait, sollicitudo boni Pastoris efficit,
ut lupi in agnos audere non audeant; vel ut Theophy-
lactus

256. *lactus censeat, Prædicat eis persecutiones, ne, si repente
in talia inciderent, magis turbarentur.*

*Abiite portare
sacculum, neque peram, neque calceamenta, s: quibus,
ut bene advesit Euthymius hic, iubet Christus, ut de
necessariis corporis spem in illum habeant, qui ip-
sos emittit: ipsa vetat calceamenta, ut pedes, ait Ori-*

*Hom. de
Becana*

*genes, qui currebant ad annuntiandam vitam æternã
omnino careant mortalitatis iudicio: & universim Tan-
in Cafenata, inquit S. Gregorius, Prædicatoris debet esse in Deũ
fiducia, ut presentis vitæ sumptibus, quamvis non
provideat, tamen sibi hos non defuturos certissime
sciat; ne dum mens eius occupatur ad temporalia,
minus provideat æterna.*

*Manducate quæ appo-
nuntur vobis, ad sublevandam scilicet necessitatem
ut fortius prædicando possent laborare, non tamen
ut gulosi requirentes lautiora, neque ut hypocrite
viliora, sed vult Dñs, ut contenti sint prædicatores
iis quæ sibi fuerint apposita: super quo sic Mag-
nus Gregorius habet: Qui peram, & sacculum por-
tare præhibuit, sumptus & alimenta ex prædicatione
concedit: dignum est enim, ut ab eis terrena stipendia
consequamur, quibus & patriæ cælestis premia offe-
rimus.*

*Hom. 17.
in Evang.*

rimus: Ex quo deducitur ex S^{to} Augustino, quod ^{287.}
Salvator Apostolos illa possidere, ac ferro noluerit, ^{lib. 2. de}
Non quod necessaria non sint sustentationi hujus vite, ^{Cons: Evang:}
sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc deberi demonstra-
ret ab illis ipsis, quibus evangelium credentibus an-
nunciarent.

Et curate infirmos, quibus verbis de-
dit etiam Christus Dominus istis Discipulis potestatem
ad signa, & miracula, ut congruebat cooperantibus
predicationi evangelicæ, atque, ut ait S. Hierony- ^{in Corp: 10.}
mus, Ne hominibus rusticantibus, & absque eloqui ve- ^{Matth:}
nustate indoctis, & illiteratis nemo crederet pollicen-
tibus regna, dat potestatem infirmos curare: ut mag-
nitudinem promissarum, probet magnitudo signorum.

Et di-
cite illis: per hoc dicitur hic repetito satis insinuat
facultas predicandi data Discipulis, ut & hi quoque
& pacem mundo annuntiarent, & regnum Dei creden-
tibus proponerent, & Christum verum Messiam in lege
promissum advenisse, cætera que in eo adimpleri vete-
ra promissa: & jure præcipit dicere, quod ipsum Dei
regnum appropinquet, quia ut dicit S. Laur: iustitia-
nis ait: Non volumus (præ pigritia, & tepiditate nos- ^{Apud}
tra) ^{Sylveira}

252. Stra) regnum à nobis querendum, sed quod ipsū nos querat.

Etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo, dicebant Magistro Discipuli de sua missione reversi, fructum prædicationis referentes, sed totum Christo attribuentes, ut notat Theophylactus, cum ait: Vide, quoniam non superbiunt, dicunt enim, in nomine tuo, tua gratia, non nostra virtute; sed & in hoc omnis generis miracula possumus intelligere à Discipulis Christi potestate partata, idque non materialiter modo, sed & maxime spiritaliter, cum ex Magno Gregorio, Miracula tanto majora sunt, quanto spiritalia; tanto majora sunt (addit) quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur.

Hom: 29.
in Evang:

Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes; quasi diceret: considerate, quanta sit vobis potestas collata ut serpentes, seu ut communius Patres intelligunt, dæmones superaretis, vel ut S. Bernardus dicit explicat venenatas suggestiones extinguatis ex vobis & aliis.

Ser: 1. de
Ascens:

supra

& ut dicit S. Gregorius: Dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt; serpentes quoque, & scorpiones hic Beda accipit pro omni genere immundorum spirituum, & addit:

apud Hieron.
pide.

addit: Hoc autem inter serpentes, qui dente, & ^{253.}
scorpiones, qui cauda nocent, distare arbitror, quod
serpentes aperte scævientes, scorpiones clanculum
insidiantes significant;

Gaudete autem, quod nomi-
na vestra scripta sunt in caelis, ubi Dominus suos instruit
de quo precipue debeant gaudere, non quod signa
fecerint & praedicationis fructus reportaverint, etsi &
de hoc in Domino gaudere non reprobet, maxime tamen
quod praedestinati sint letandum docet: & quidem
notat Cajetanus, melius quoad hoc fuisse Collegium
Septuaginta duorum Discipulorum, quam duodecim
Apostolorum, quorum unus fuit damnatus; licet obijci-
ant aliqui, citantes S. Hieronymum Epist. 48. c. 3. Nicolaum
Aadendam unum ex 7. primis Diaconibus esse repro-
bum, iudico tamen ex Sylvera cum ab eo Citatis ^{20.}
pro hujus quoque praedestinatione, & probitate stan-
dum. An vero omnes Martyrii coronam sint ad-
ti, non reperio universaliter affirmatum, aut con-
probatum: hinc solum licebit credere, saltem peculia-
ri in caelis donatos gloria, quos salvator in terris vo-
luit tam glorioso functos munere, claros sanctitate,
virtute, & miraculis adeo conspicuos

fo: 7. l: 9.
c. 19. q. 4.

S.

S. VI. Apostolorum finis gloriosus.

Textus: In conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos. *Matth. 10.*
 Habitabit enim vobis in illa hora quid loquamini. *N. 19. (N. 17.)*
 Erunt odio omnibus propter nomen meum. *N. 22.*
 Si me persecuti sunt, & vos persequentur. *Joan. 15. N. 20.*
 De mundo non sunt. *Joan. 17. N. 16.*
 Sint & ipsi sanctificati in veritate. *N. 19.*
 Sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes 12 Tribus. *Matth. 19.*
 Ecce enim merces vestra multa est in caelo. *Luc. 6. 23. 24.*

Qui tam sanctè usque in finem perseveraturi erant
 sacri Apostoli, pramoneantur à Dño quanta pro ejus
 gloria essent passuri, magna que ipsis promittitur
 gratia ad patienter, & perseveranter sustinenda,
 quacumque adversa, proposito eis exemplari Chri-
 sto ipso a servis multipliciter cruciatus, & ad mortem us-
 que crucis obediens; sed & premium illis grande
 proponitur ad passiones secuturum, seu insignis
 post certamen forte victoria: quibus omnibus ve-
 hementer accensi Apostoli, metu deposito, palam
 omnes in eam qua sibi obligerat regionem profecti
 Christum, & ejus fidem annuntiarunt, multas contra-
 dictiones perpassi sunt, tormenta sustinuerunt ex-
 trema, & glorioso martyrio quod verbis propala-
 rant & exemplis, finaliter confirmarunt, eo quo in
 cujuslibet Actis enarratur modo, & nos attingimus
 in

in Parte 2^a Bibliothecula nostra Concionatoria ^{253.}
pro Festis Sanctorum per annum. Hinc tanta nunc
manet Christi Apostolorum gloria, tanta iudicandi
potentia, tanta in caelis corona, tanta mediandi
& impetrandi efficacia

In conciliis, & in synagogis
suis flagellabunt vos; ubi flagellatio hic pro quovis
cruciatu accipienda est, quo quivis Apostolorum pro
Christo affligendus & interimendus erit; sic ss. Petrus
& Paulus jussu Neronis; ille cruce, hic gladio interit.
Jacobus major ab Agrippa capite plectus, Minor ab
Anano pontifice occisus, Andreas ab Aegeo proconsule
Achajae crucifixus, S. Joannes à Domitiano in fer-
ventis olei dolium cruciatus; Mattheus ab Hircano in
Aethiopia jugulatus, Bartholomaeus in India excoria-
tus, Thomas à Brachmanis, deletus, & sic de ceteris,
quibus omnibus patiendum erat, ut expendit Chry-
sostomus, in Synagogis suis (nempe Tyrannorum)
ubi orationes, & laudes, ubi lectiones & sacrificia,
Apostolos ibi pœnis afficiebant, quasi sacrificium
Deo

Hom: 24.
in imperi:

Dabitur enim vobis in illa hora quid loqua-
mini; hic & sapientiam promittit illis, & facultatē
ut & fidem verbis annuntient, & argumentis tuean-
tur

cur invincibilibus: unde habet S. Chrysostomus: Ha-
 bebant in medio populi sui reges, ac Principes duo-
 decim homines in vinculis, flagellis, carceribus, nec po-
 tuerunt ora eorum obstruere; sed veluti nemo solares
 radios vincere potest, sic nullus linguam eorum po-
 tuit compescere, quoniam non homines, sed spiritus S.
 virtus loquebatur.

hic

Eritis odio omnibus propter nomen
 meum, ubi ly omnibus pro Pluribus assumitur à
 Patribus, juxta morem S. Scripturae, ut notat Sylveira.
 Hoc que Deus maximè in Ecclesiae permisit exordio,
 ut Apostolorum manifestaretur patientia, & omni-
 bus pie volentibus vivere annuntiaretur futura per-
 secutio. Eritis odio omnibus, ait Christus, Nec tamen
 (explicat S. Chrysostomus) quoniam tanta potestas
 vobis data est, idcirco in securitate vitam agitis, sed
 omnes communiter homines, qui terrarum orbem ha-
 bitant, hostili odio vos aggredientur.

Hom: 34
in Matt.

Si me persecuti
 sunt, & vos persequentur; suum ipsi ipsis proponit
 exemplum, ut constanter in omni se gererent persecu-
 tione attendentes se ejus esse discipulos, qui prius tot
 habuerit oppositores & adversarios. Audiamus nos
 S. Cyprianum sic adhortantem: Si odio saeculi la-
 boramus

L. A. Epist. 65
De exil. b. Matt.

horamus, odium seculi sustinuit prior Christus; si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, graviora experius est mundi factor, & Dominus; quare & magnus Augustinus ait: Recusas esse in corpore si non vis odium mundi sustinere cum capite. Uir ergo se membrum super verticem extollit? Fract. 87.
in Joan.

De mundo non sunt, testatur Dominus de suis Apostolis & secutoribus, hoc est, non diligunt mundum, mundana non sectantur, sed omnis eorum conversatio & operatio in caelis est, & ad caelestia dirigitur: unquam superius dicebat Dominus suis: Si de mundo essetis mundus quod suum erat diligeret; quia vero de mundo non estis, propterea odit vos mundus; id est, inquit a lapide si vos diligeretis opes, debitas, honores, delicias, libidines, &c, uti diligit mundus, ipse vos, ut sui similes, diligeret; at cum videt vos hisce suis cupediis contraria diligere, & diligenda docere, idcirco odit vos, & ipsi sanctificati in veritate, rogat Christus Patrem pro Apostolis, ut suae ipsius sanctitatis & bonitatis eos faciat participes: ex qua oratione, ut par erat, exaudita, quanta putamus Apostolos sanctitate conspicuos: quas sibi in veritate & charitate voluit simi-

258. *similes filius Dei: ut & ipsi in nobis unum sint* addit
Dñs; sed & Dei quoque voluntas est sanctificatio
nostra, ut testatur Apostolus; S. vero Gregorius ait: Sa-
cificatio corporis, pudicitia est: sanctificatio mentis
charitas & humilitas.

*Sedebitis & vos super sedes
duodecim;* hic promittit illis præmium laborum
ut si horum gravitas forte tertuerat, illius inuita
sublimitas; ubi Euthymius ait: Per duodecim sedes
in regeneratione inuit Dñus fruiionem, sive requi-
em, hoc præexcellentiæ duodecim discipulorum, &
regni sui communicationem; & ut notavit S. Grego-

L. 26. Mar.
c. 20.

rius: Quanto huic mundo magna humilitate des-
pecti sunt, tanto tunc acceptis sedibus majore cul-
mine potestatis excreuant; quod tamen in spem
nostram sic ultra 12. Apostolos extendit S. Bernar-

Serm. de
S. Benedicte.

cus dicens: Sciendum namque est, omnes, qui ad ex-
plum Apostolorum sua reliquerunt omnia, & secu-
ti sunt Christum, iudices cum eo venturos,

*judican-
tes duodecim tribus Israel;* hoc est ex mente eiusdem
S. Bernardi, omnes iudicandos; atque reflectit idem
Mellissus: Hac est perfectorum gloria singularis, in-
ter ipsos etiam eminere fideles, & cæteris quoque sal-
uandis

vandis praeminere auctoritate, judiciaria potesta-^{259.}
tis, atque hoc imprimis promittitur Evangelica pau-
perum, Quia, inquit S. Thomas, pauperes voluntarii
soli Christo inhaerent, nihil que in eis est, quod iudicium
a iustitia deflectat. & S. Augustinus: Qui iudicabunt
ait, cum Christo perfecti sunt, talibus dixit: Si vis per-
fectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus.
Quid est, sicut perfectus esse. Vis mecum iudicare, &
non iudicari.

3 p. q. 89.
art. 2.

in 28. 19.

Ecce enim merces vestra multa est in
caele; quod promissive dixit Christus Apostolis, nos
modo gratulante & festivo, iisdem passimus decan-
tare: equidem absdubio copiosa nunc & in eternum
in caelis manet retributio, iis qui in terris tot eam pro-
meruerunt laboribus, tormentis, cruciationis, calumniis
ac morte multipliciter cruenta: hinc ait S. Cyprianus
Coronam candidam pro operibus dabit Deus, & in
persecutione purpuream pro passione geminabit; idē
que alibi dicit: Gaudere & exultare nos voluit
in persecutione Dominus, quia quando persecutiones
fiunt, tunc dantur corona fidei, tunc probantur
milites Dei, tunc Martyribus patent caeli: Hinc
etiam Apostolos vocat S. Gregorius. Ornamenta

Lib: De oper:
in Electos.

Lib: 4. Epist. 6.
ad Thibribanos.

Hom: 30.
in Evangelio.

ca-

260. caelorum; atque hinc etiam forte S. Laurentius ius-
tinianus numero duodecim gaudia caelorum sic cō-
templatur, cum ait: In ipsa Sanctorum coronatā-
quam pretiosi lapides fulgent duodecim genera gau-
diorum: 1. sanitas sine infirmitate; 2. iuventus sine
senectute; 3. satietas sine fastidio; 4. libertas sine
impedimento; 5. pulchritudo sine deformitate; 6. im-
possibilitas sine morte; 7. abundantia sine indigentia;
8. securitas sine timore; 9. cognitio sine ignorantia; 10.
gloria sine ignominia; 11. pax sine perturbatione;
12. gaudium sine tristitia; quibus perfrui cum
glorioso Apostolorum cœtu, ipsis intercedentibus con-
cedat Dominus noster. Amen

Caput VI.

S. Petrus Apostolorum Princeps.

Praelaudatis in communi Apostolis omnibus,
saltem eorum Principes in particulari propo-
nendos modo solito duximus, in quibus, & admira-
tioni plus, sed & imitationi non minus, quam in
reliquis reperimus; atque hoc ipsum Principatus
dignitas sibi speciale vendicare visa est, ubi ex
Compendii lege tot silere precipimur S. I.

S. I. Petri vocatio, Nomen, & Prima^{207.}
tus.

Textus: Vidit Simonem, & Andream fratrem ejus. & dixit
eis Jesus: venite post me. Marci. 7. 16. 17.
Et adduxit eum ad Jesus. Joan: 1. 42.
Inquit autem eum Jesus dicit: Tu es Simon filius Jonæ, tu
vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. ibid:
Primus Simon, qui dicitur Petrus. Math: 10. 2.
Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam
meam. Math: 16. 18.
Sicut ei terrib... Pesce oves meas. Joan: 21. 17.

Petrus natione Galilæus, ortus est Bethsaida, ex
patre Jonæ, seu Johanna, frater S. Andreae natu-
minor. Primò conjugatus fuit Pernehiæ ut vult Mola-
nus, vel ut alii Concordiæ, vel Mariæ, filiam habuit
Petronillam quæ virgo sancte obiit. Matre pro Chris-
ti fide mortuæ: Cum ergo S. Andreas, qui jam Chris-
ti Praecursori adhaerent, hoc duce Dominum vidis-
set, fratrem Petrum altera die ad illum adduxit,
a quo statim cognitus est, & benignè susceptus, &
cui primum nomen erat Simon, nomen Cephas im-
positum quod idem sonat ac Petrus, seu Petra, jã
exhinc eum signans futurum Ecclesiæ suæ funda-
mentum, uti postea eum constituit tradens claves
regni caelorum, gregem Christianum committens,
& reliquis præficiens Apostolis, ex quibus Petrus solus
ha-

29. habuit potestatem ordinariam, ceteri tantum de-
legatam a Christo Dño, ut bene notat à Lapide ex
in Mathi: c. 16. quò, & Petri vocationem jam stabilem ad Aposto-
latum ex tunc solum computandam censemus,
cum iuxta mare Galilæe seu Tyberiadis signate à
Dño vocatus est cum fratre Andrea, ipsi que statim
relictis omnibus, illum sunt secuti.

Vidit Simonem
& Andream fratrem ejus, quos vidit Jesus, non for-
tuito, & casu, sed ex industria conquisitos, nam
ut sentit S. Chrysostomus, propter ipsos venit ad
mare, quia, ut ait Albertus Magnus: Ambula-
bat Jesus, non tam gressibus corporis, quam irra-
diatione, & gestatione sua illuminationis, & Hugo
Ambulabat, inquit, non ad facies eorum respiciens,
sed ad corda: sicut artifex, si viderit gemmas
preziosas non adolatas, eligit illas, non quod sunt,
sed quod fieri possunt: Hac visio divinas ins-
pirationes significat internas, quibus nos sequen-
dis oportet prompto esse animo.

Et dixit eis Jesus:
venite post me, hoc est, relicta vestra arte pis-
candi, sequimini me superiorum artium magis-
trum: venite post me, non tam pedibus, quam
afec-

affectu mutationis, inquit S. Anselmus: ubi cum S.
Ambrosio reflectendū est, quod vocans Christus à terre- in Luc.
nis, non humanas prohibeat in mundo functiones, sed
eas solum perficere intendat: quare ad illud Lucæ 10. 4
Neminem per viam salutaveritis, sic habet: Hic non
salutationis officium auferitur, sed obstaculum impediē-
da devotionis aboletur: ut quando divina mandantur,
paulisper sequestrentur humana;: hinc fortè etiam
saluator piscatores eligens, munus non damnauit, sed
ipsummet sublimauit, cum dixit: faciam vos fieri pis-
catores hominum, quia ut bellè S. Chrysologus ait: Ser. 28.
Voluit Deus eis manere fornicidinem, de exercitio præ-
stare virtutem: quia fructus provenit ex labore, vo-
luit eos labores non perdere, sed mutare,

Et addu-
xit eum ad Jesum;: Andreas Petrum fratrem cog-
niti boni participem volens: sed hæc, ut innuimus, fuit
mera Petri vocationis preparatio, ubi potius Andrea
~~potius~~ venit laudanda, & imitanda charitas, & zelus
animarum, ut hic insinuat S. Chrysostomus dicens: In hunc
locum.
Hoc fraterni animi, cognati amoris, sinceri est affec-
tus officium, ut in spiritualibus quàm diligentissi-
mam curam adhibeamus, invicem opitemur;: At-
que hanc necdum fuisse propriè horum fratrum vo-
cationē

264. coactionem intellige ex Theophylacto dicente hic: Hi fuerunt discipuli Joannis, vivente autem adhuc Joanne accesserunt ad Christum. Porro ubi Joannem viderunt vinctum, reversi sunt ad piscatoriam; & sic veniens Christus piscatur eos;

Intuitus autem eum Jesus dixit; intuitus est, non tam corporis, sed gratiae & Divinitatis oculo; nec solum respexit etiam secundum faciem, sed cor ejus & animum penetrando; ita ex mente S. Cyrilli dicentis: Respicit, ut Deum decet, qui corda & renes scrutatur, videt que, qui nihil ignorat, ad quam fidem, & virtutem discipulis perventurus sit, item que apud a lapide sic loquentis: Antequam aliquid de eo quæsisset, tam ipsum, quam patrem ejus nomine appellat, & hac re discipulum instruit, eum se esse, qui cuncta etiam antequam fiant, novit;

Tu es Simon, filius Jona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, magno id mysterio, fecit Salvator, & dixit, significans ex nominis mutatione ministerii ac muneris conversionem, ut sic expendit S. Augustinus: Non magnum, quia Dominus dixit, cujus filius esset iste... magnum, quia mutavit ei nomen, & fecit de Simone

Apud
Silvestram

Act: 7.
in Joan:

Pe-

Petrum; Petrus autem à petra; petra verò Ecclesia;
ergo in Petri nomine figuratur Ecclesia; Idem alibi
sic habet: Dignus, qui adificandis Dei populis Petrus
esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, cla-
vis ad regnum;

263

Serm. 10.
De Sanctis.

Primas Simon, qui dicitur Petrus, Pri-
mus, non aetate, & vocatione, sed excellentia & auctori-
tate, quam vel ex superiori nominis variatione à Dño
præsentiam videmus: & quidem in quavis Communi-
tate unicum dari expedit supremum Caput, tum, ut
ait S. Hieronimus, Ut capite constituto schismatis tol-
leretur occasio; tum ex ratione quam dat S. Cypri-
anus. Dicens: Primatus Petro datur, ut una Christi
Ecclesia, & cathedra una monstretur.

Lib: 1. cont.
Iovin: cont.

lib: de Unit.
Ecclesia

Tu es Petrus,
& super hanc petram edificabo Ecclesiam meam
hic proprie Christus Dñus Petri Primatum declara-
vit, ubi sic loquitur S. Augustinus: Petra enim dici-
tur, eo quod primus nationibus fidei fundamenta posue-
rit; & tanquam saxum immobile totius operis Chris-
tiani compagem, molemque contineat. ait Apostolus: Pe-
tra autem erat Christus; Recte consortium meretur no-
minis, qui consortium meretur & operis. Petrus funda-
mentum ponit, Petrus plantat; Dñus incrementum dat,
Dñus

Serm. De
Cath: 5. 72:

Domus irriguum subministrat,

Dicit ei tertio. Pasce

oves meas, Petrum in Primatu confirmans, ac gregis sui administrationem committens, de cuius exercitio opportunius dicemus infra, nunc solum ad Petri primatum referentes, de quo sic Leo Magnus: De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & universarum gentium vocationi, omnibus Apostolis, cunctis que Ecclesia Patribus preponatur, & Innocentius III. ait: Dicente Domino Pasce oves meas, non distinguit inter has oves, & alias, ut alienum à suo demonstraret ovili, qui Petrum, & successores ipsius magistros non recognosceret & Pastores,

Serm: 3.
de Assumpt:
sua ad Pont:

I. II. Petrus Christi Prædicantis comes assiduus

Textus: Ascendens autem unam navem, qua erat Simonis. Luc: 5: 3.
Quod cum videret Simon Petrus, prociuit ad genua Iesu, dicens:
exi à me quia homo peccator sum, Dñe. N. 8.
Surgens autem Iesus de sinagoga, introiit in domum Simonis. Luc: 4: 38.
Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. Math: 14: 29.
Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi.
Math: 16: 16. = Tu scis Dñe, quia amo te. Joan: 21: 16.
Petrus dixit ad Iesum: bonum est nos hic esse. Math: 17: 4.

Sanctus noster vivacissimo semper animatus fervore, & Christi magistri succensus amore, ubique

illi prædicanti, & peregrinanti comes fidelis adhe- 267.
sit, unde & reconditorum testis fuit mysteriarum,
& variis interfuit vitæ Christi successibus: hinc sal-
vator naviculam Petri ingressus, exinde populos
docuit; Petrus in ejus nomine laxans retia pisci-
copiosam hausit multitudinem; unde illico sub illius
omnipotentis manu humiliatus est, se peccatorem pro-
fitens. Item ingressus Dominus domum Petri, ejus
socrum mirè sanavit à magnis quibus benedatur
febris. Petrus de navi Anichante venit ad Jesum
ambulans super aquas: semel que Jesu interroganti
quid de se homines sentirent, pro omnibus docentis
respondit, & Christi divinitatem palam primus con-
fessus est, ideo que à Dño beatificatus est, & totus ei
mundus ~~per~~ caelesti data potestate commissus. Glo-
riosæ item Christi transfigurationi assistens, nes-
ciens præ gaudio quid peteret, ex tunc jam volebat
hæerere in gloria: in quibus omnibus quot caelestia
hauerit à Magistro documenta, quot ejus amoris
pignora, quot virtutum omnium incrementa, vix
vel piissima attinget meditatio ~ Ascendens autem
unam navem, quæ erat simonis, ibi sedens docebat
turbas

268. turbas. S. Gregorius opportunè sic ait: Per navim
L. 17. Mor: Petri, quia aliud, quam commissa Petro Ecclesia desig-
c. 14. natur, quam, ut de ea turbis Dñus prædicet, nec inal-
tum duci, et tamen a terra præcipit removeri, profes-
to significans, Prædicatores suos debere populis nec
alta nimis de caelestibus, nec tamen terrea prædicare,
Ser: 62. & S. Ambrosius ait: Dñus Petri navem elecit, Mo-
sis deserit: hoc est, spernit Synagogam perfidam, fide-
lem assumit Ecclesiam.

Quod cum videret Simon Pe-
trus, procidit ad genua Jesu: cuius miraculum in
copiosa piscatione recognoscens, humiles agebat gratias
quod fecit Petrus, ait S. Bonaventura, quasi invi-
tans alios ad faciendum similiter, et Dionysius Carth.
dicit: Ex magnitudine miraculorum effectus majesta-
tem cause pensavit, et quanto Petrus Christi virtu-
tem, excellentiamque magis attendit, eo propriam cul-
pam, ac pravitatem evidentiùs intellexit: unde di-
xit:

Exi à me, quia homo peccator sum. Dñe. ò
imitanda Petri humilitas, quæ se ipsum accusans,
fortius ad se divinam maiestatem inclinat, cum se
ejus presentie profiteretur indignum. Et propterea,
inquit Chrysostomus, factus est Ecclesie fundamen-
tum

tum: nihil enim sic est amicum Deo, quam si quis se 269.
minimis annumeret, & S. Gregorius ad ipsum Petrum Apud Mansi
sic loquitur: Petre, imo si te peccatorem consideras, o-
portet, ut à te Dñum non expellas: sed certe sic humi-
liando non expellebat, sed attrahebat, unde etsi Petrus
Christi benignitatis conscius, de isto timore multum lau-
dandus est, qui S. Chrysologo teste, illud dixit Dñica Ser: 174.
virtutis timore turbatus, & ut ait S. Ambrosius: Petrus Lib: 3. de Virg.
sapiens & gravis, in quo esset Ecclesie fundamentum,
& magisterium disciplinae, nihil utilius sibi esse prospe-
xit, quam ne facunditatis operis extolleretur eventus, &
ideo: exi, inquit, à me Dñe: non rogat ut deseratur, sed
ne infletur.

Surgens autem Jesus de Sinagoga introi-
vit in domum Simonis, significans se veterem abolere
legem, & novam se fundare Ecclesiam à Petro regen-
dam; venit autem sanare Socrum Petri à febre suo
contactu: de quo sic habet Chrysologus: Videtis quo- Ser: 18.
modo dimittit febris, quem tenuerit Christus: ibi non
stat infirmitas, ubi auctor salutis assistit... Sed quae ne-
cessitas tangendi, ubi inerat jus iudicandi? Sed Christus
tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de ma-
nu mulieris acceperat mortem. Tenuit manum ejus,
ut quod manus praesumentis amiserat, manus repa-
raret auctoris. Ad domum Petri (ait idem sanctus) ibid.
venit

270. venit Christus, ut domus Petri veniret ad Christum,

Petrus

De navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad
Iesum; ubi maxime eluxit amor Petri erga Magistrum,
ut S. Chrysostomus notat dicens: Vides, quod vehementer
Petrus arderet; vides quanta fides ipsius etiam
magis dilectio: nunc esset? nemo ita ut ipse Iesum amabat, & ut
habet Theophylactus: Feruentissima erat Petri erga
Christum charitas, desiderabat statim prope illum esse,
& præ aliis; & ideo petit à Christo miraculum incedendi
super aquas, ut cum eo citius esse posset.

* &
S. August.
Ser. in Gabi.
S. Petri.
Ambulabat
in mari Petrus
magis dilectio:
ne quam peti-
bus! non enim
debat ubi nedum
vestigia fueret.
Videbat altum
ubi fueret ves-
tigium charita-
tis. *

Respon-

dens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi.
Hæc Petri est solemnis confessio, hæc Christianæ fidei pri-
ma professio, hæc futuro Ecclesiæ Pastori digna pro-
testatio: unde S. Hilarius dicit: Dignus iudicialis, qui
quod in Christo Dei esset primus agnosceret. O! in nuncu-
patione novi nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dig-
na que ædificatione illius petra, qua infernas leges, &
tartari portas, & omnia mortis claustra dissolveret!
& S. Leo inquit: Vbi quid habeat sensus discipulorum
exquiritur, primus est in Dñi confessione, qui primus est
in apostolica dignitate; hinc merito dixit S. Maximus:
Quis meritorum eius gloriam, quamvis magno equi-
parare posset eloquio, à quo nobis admiranda divi-
nitatis

In Math.
c. 16.

Serm. 5. in
Anniv. Assumpt.

Homil. in
Fide S. Petri.

nitatis fides & cepit, & permanet? quid tanto gloria- 27.
sius viro, qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edi-
dit, vivendo edocuit, patiendo firmavit,

Petrus dixit
ad Jesum: bonum est nos hic esse; gloriam Christi
transfigurationis volens perdurare, quae solum daba-
tur in brevem sed claram ejus Divinitatis testificatio-
nem; sed hoc ipsum Petrus ex Christi amore ferventiori
de more dixerat, ut innuit S. Leo, cum ait: Petrus Apo- Serm: de
Transfig:
tolus in aeternorum desiderio, quoddam mentis rapiiebatur
excessu; & gaudio totius visionis impletus ibi cum Jesu
optabat habitare, ubi manifesta ejus gloria latuatur,
sed audiamus Damascenum: An non bonum est, ait, a bo- Orat: de
Transfig:
no minime seungi? non absurde sane Petrus hoc prolo-
cutus est. Verum quoniam omnia tempore suo bona sunt,
oportebat porro, non iis dumtaxat qui illic erant bonum
circumscribi, sed ad omnes, qui fide praediti essent diffundi,
quo plures essent, qui beneficium perciperent, quod quidem
per Crucem, ac mortem perficiendum erat,

Tu scis Dñe,
quia amo te, ter respondit Petrus tot Christi interro-
gationibus: Petre, amas me? plus his: Quae trina repe- in Cap: 9.
2. Corinthi:
titiō, ait S. Ambrosius, quasi superflua videtur, sed prodest
ad perfectionem monitionis, ut sciat magna se cum diligentia
debere curare, quod frequenter mandatur. Hugo vero di- in Prov: 6.
cit:

272. dicit: *Prelatus tenetur subditis triplex dare pabulum,*
verbi, exempli, & temporalis subsidii: unde Petro ter dic-
tum est: Pasce oves meas: At de Petri responsis sic ait
Albertus Magnus: Quasi diceret: amo te ex omni cordis
in Natali s. Petri.
coitatione, ex omni oris locutione, ex omni operis exhi-
Aprd. Mant.
btione, s. Bernardus: Tria inveniuntur in Petro, Fidei
unitas, penitentiae veritas, amoris soliditas, item: Trina
confessione, ait, Dño, cui mentiri non potuit, perfectæ cha-
ritatis affectum contestatus est, ~

S. III. Petrus Christo patienti assistens.

Textus: *Domine, tu mihi laevus pedes? Joan: 13. 6.*
Etiā si oportuerit me mori tecum, non lo negabo. Matth: 26. 35.
Et assumpto Petro, & 2. filiis Zebedaei cepit convivari. P. 27.
Percursum vnus ex illis seruum Pontificis. Luc: 22. 50.
Petrus autem sequebatur eum à longe. Matth: 26. 48. 58.
Iternū ergo negavit Petrus. Joan: 18. 27.
Et egressus foras flevit amare. Matth: 26. 75.
Ite, dicite discipulis ejus, & Petro. Marci. 16. 7.
Surrexit Dñs vere, & apparuit Simoni. Luca 24. 34.
Simon Petrus, cum audisset, quia Dñs est, succinxit se (erat
enim nudus) & misit se in mare. Joan: 21. 7. ~

Qui Christi Prædicationis constans auditor, & multi-
plicis peregrinationis amantissimus fuerat insecutor,
etiam Passionis sanctissimæ. Attenhū decebat esse spec-
tatorem: Astitit ergo cum aliis Apostolis Dominicae
cænae, & cum ad pedum lotionem ventum est, ferui-
da humilitate resistit tantæ Salvatoris humilitationi,
donec comminanti ultro se subiecit. Dñum in hono-
ra

orantem comitatus, illum à comprehensoribus volebat armis defendere; sed jam ad tribunalia iniqua procedentem cepit a longe insequi, donec tandem propriae mortis timore se tanti Magistri discipulum esse ter negavit, qui toties pro ejus amore se mortem passurum fuerat protestatus; sed verò tanti lapsus miram illico cepit poenitentiam agere, ac de culpa profundo ad charitatis fastigium se extollere: unde & in pristinam piissimi Sⁿⁱ redactus gratiam, ejusdem Resurrectionis inter omnes Discipulos primus esse meruit cognitor, & reviviscentis inspector, ac redivivi ferventissimus amator, quæ & demortui extiterat compatientissimus deplorator, & amissi diligentissimus inquisitor.

Domine

tu mihi lavas pedes? exclamat Petrus. Sⁿⁱca dignationis admirandus, & propriae indignitatis humiliter conscius: sed ut notat S. Ambrosius, Petrus non advertit mysterium, ideo ministerium recusavit, & ex S. Laurentio Justiniano Petrus ad tanti expavit aspectu prodigii. At ubi ex Christi verbis cognovit id adeo sibi expedire, se totum lavandum subdidit, quod sic bene explicat Ven. Beda dicens in voce Petri: Quia jam te do-

De iis qui inhiantur c. 6.

De Christi Agone c. 5.

Tom. 7. Rom. Quodrag.

sed

274. sed etiam actu, visu, auditu quoque, gustu, olfactu, & tactu multa me committere, quae à te debeant dimitti, non ambigo,

Etiam assumpto Petro, & duobus filiis zebedaee, cepit contristari; Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo; dicebat Petrus nimium de se confidens Salvatori sibi negationem predicenti; & ideo dixit S. Augustinus: Ex egregio presumptore de gratia novi testamenti tam creber negator effectus est; sed magis pie S. Hieronymus ait: Non est Petri temeritas, nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga Dñum; sed iterum cum Magno Augustino reflectamus: Petrus, ait, non addito adiutorio Dei promiserat, se pro Deo moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negaret Christum? & ideo Petrum paululum Dñus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia prevalere;

Et assumpto Petro, & duobus filiis zebedaee, cepit contristari; hi tres, & maxime Petrus, ad secreta Christi admittuntur, ut aptiores cogniti mysteriis percipiendis; ubi Origenes ait: Ad hoc autem eos adduxit, maxime Petrum magna de se confidentem, ut videant, ubi est posse hominis; inventus namque est & Petrus dormiens, & nominatim à Dño increpatus:

Simō

Ep: 120.
ad Romanos.

Serm: 24.
de Temp:

Mat: 33.

Simon dormis? Etiam alii dormiebant, ait Euthymius ^{275.}
sed hunc vehementius objurgavit tanquam magis teme-
rarium, dicens: Meum mori promisisti, & non potuisti ^{Apud Sylvestr.}
una hora vigilare mecum, sed ideo dicit S. Remigius,
Ter orat Christus pro Apostolis, maxime pro Petro, qui ter
eum erat negaturus,

Percussit unum ex illis servum
Pontificis: ille unus fuit Petrus caeteris ferventior, ut
patet ex Joannis 18. & sentiunt communiter S. Pater;
sed quare praeter alios Petrus? respondet S. Ambrosius: Qui <sup>Lib. 10.
in Luc.</sup>
a ipse est, qui accepit claves regni caelorum; ille enim con-
demnat, qui & absolvit, quoniam idem & ligandi, & sol-
vendi ad eum est potestatem, & S. Paschasius: Petrus <sup>Lib. 12. in
Matth.</sup>
inquit, ex fervore fidei, & charitatis, ex aviditate de-
fensionis pii Magistri percussit servum Principis Sa-
cerdotum,

Petrus autem sequebatur eum a longe; jam
incipit Petrus a Magistro aliquantulum recedere, in-
de que in ejus amore tantisper tepescere: quod abs du-
bio sequentis lapsus fuit exordium: sed & hic cum Syl-
vestro advertere possumus in Petro luctamen amoris
& timoris; praeter magistri amore, non aufugit ut alii,
sed eum secutus est, at praeter timore propriae necis, et
jam

276. jam sequitur à longe; unde sic adhuc eum laudat

in c. 22.
Lucæ

S. Ambrosius dicens: Petrus in hoc nobis est maxima dominatione reuerendus, quod Dñm non relinquit, etiam cum timeret;

iterum ergo negavit Petrus: ter

negavit, ut ei prædictum fuerat à Dño. En casus primæ & fortissimæ Christi Ecclesiæ columnæ, ut nemo sibi fidat, sed de propria labilitate humilis semper

ubi sup.

diffidat: S. Ambrosius ait: Error Petri doctrina iustorum est, & titubatio Petri omnium. petra est, & nos-

Hom. de Humilit.

tra firmatus, S. Basilius: Petrus lapsu instruitus est ad pietatem, edoctus etiam aliis infirmis parcere, ut deceat esse Pontificem, qui possit compati storum infirmitatibus; hinc ait S. Leo: Ob hoc Petrus hasitare permis-

Serm. 9. de Paulo.

sus est, ut in Ecclesiæ Principe remedium patientiæ conderetur, sed & exemplum, ut sequitur

Et egres-

sus foras, flevit amare: super quo S. Leo sic ha-

Ser. 3. de Pass.

bet: Respexit ergo Dñs Petrum, & inter calumnias & injurias, illis herbati discipulum convenit oculis, quibus eum viderat esse herbatiolum; item Petrus egreditur foras fugiens cadendi periculum, unde ex Aug.

Ser. 9.

Cito surgit, dolens de præterito, castigans de presenti, cavens in futurum, & S. Ambrosius: Petrus doluit & flevit, quia erravit ut homo; commune, quod labitur;

Sib. Conf.

in c. 22. Lucæ.

fides

fidei, quod penitet... Doce nos, Petre, quid profuerint
tibi lacrymae tuae? sed docuisti illico; nam qui lapsus es
antequam fletus, postquam fleuisti erectus es, ut alios re-
geres; Audi tandem Victorem Antiochenum, sic mo- in C. 14.
Marci.
nentem: Tu hic modo perpende, quam demissus, quam-
que modestus Apostolus Petrus post lapsum euaserit: qui
enim ante casum, nihil non sibi arrogare audebat, ut post
lapsum contraria studia sectatus, nihil prorsus sibi, sed
omnia Christo Dño tribuat.

Ite, dicite discipulis eius,
& Petro, quod nempe Christus resurrexerit, ubi solus
Petrus exprimitur, ut qui semper in amore Dñi feruentior,
& de eius resurrectione, noscenda noscitur avidior; a-
liam dat rationem S. Gregorius dicens: Si Angelus Pe- Homi. 21.
in Euang.
trum non nominasset, venire inter discipulos non aude-
ret: vocat ergo ex nomine, ne desperet ex negatione,
sed & ut caput Apostolorum detebat ipsum præ ceteris
nominari, & de tanto mysterio primum commo-
neri; atque etiam tam rorida quam agebat peni-
tentia lætam hanc intermissionem accipere.

Suprexit
Dñus verè, & apparuit Simoni; Dñus enim qui cen-
tuplum retribuit diligentibus se, etiam Petro cuius in
se amorem noverat, & redamationis signa abunde tri-
buebat

28. buebat; item que ut Petrus Apostolorum primus reli-
quis Apostolis nuntiaret, cui facilius hi crederent, ut
ait Cyprianus: Apostoli, & Discipuli mulieribus non
credidere, sed crediderunt Petro, dicunt, quod surrexit
Dñs verè & apparuit Simoni; hic autem illico credi-
dit mulieribus ut in fide promptior, atque ut ait An-
thimarius, ut quem femina fecerat negare, femina
faceret confiteri.

Simon Petrus cum audisset, quia Dñs
est, succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare,
succinxit ex Dñi reverentia, & pudore; se misit in ma-
re ex ejusdem amore qui mortis non patitur: sed au-
diamus S. Chrysologum: Mirum, fratres, inquit, & verè
mirum, quia qui in navi nudatus est, in mare se demer-
sit indutus: quia innocentia nunquam nuda est; & reus
benignam semper refugit ad velamen: denique sicut Adā,
ita & nunc Petrus, post culpam suam gestit tegere nudi-
tatem. Item: Misit se in mare ut esset primus in redi-
tu, qui acceperat in ordine Principatum; atque
ut mare dilueret, quod negatio taliter sordidave-
rat; possumus enim dicere de petro penitente:
Thren: 2. Magna est velut mare contribitio tua



S.

S. IV. S. Petri Prædicatio

Textus: stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis. Act: 2. 14. ^{41.}
 Apposita sunt die illa anima circiter tria millia. ^{41.}
 In nomine Jesu Christi Nazareni, surge & ambula. Act: 3. 6.
 Dixit autem Petrus: Anania cur tentavit satanas cor tuum? ^{Act: 5. 3.}
 Ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. ^{Act: 5. 15.}
 Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum sit in perditionem. ^{Act: 8. 20.}
 Ascendit Petrus ad superiora, ut oraret. ^{Act: 10. 4. 9.}
 Loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus S. super omnes, qui audiebant verbum. ^{v. 44.}

Postquam Christus in cælum gloriosus ascendisset, Sanctis que Spiritus super Apostolos descendisset, etiam Princeps noster Apostellus Christi nomen, & doctrinam primus propalavit, & vel in prima Concione tria millia, in alia quinque hominum millia ad veram fidem convertit. Subsequentibus prædicationem signis pluribus, & portentis, ut cum claudum illum suo imperio fecit ambulare; cum ad pedes suos Ananiam, & Saphiram de sacro pretio defraudantes fecit interire, cum sola sui umbra infirmas curabat, & è corporibus dæmones expellebat: quibus, & aliis doctrinam, quam annuntiabat, mitis
 confir-

confirmabat; vitia quoque efficaciter oppugnabat: ut cum Simonem pro sacris profanum pretium offerentem potenti maledictione rejecit: hunc autem omnimodum suae Praedicationis & fervorem, & fructum à Deo constanti oratione impetrabat, suisque Discipulis, & auditoriis multiformem Sancti spiritus gratiam, infusionemque obtinebat.

Stans autem Petrus cum undecim levavit vocem suam & locutus est: quae omnia, & praedicationis congruebant initio, & Apostolorum Caput decebant & Principem. Id autem Petrus fecit, teste S. Chry-

Hom: 4.
in Acta.

stomo, ut cognoscerent spiritus esse gratiam, ut is, qui vilis puella non tulerat percundationem, nunc in medio populi cunctis votiferantibus, tanta cum fiducia dixerat.

Apposita sunt die illa anima circiter tria millia: Apposita, id est, ad gremium Christi à Vicario Petro redacta, seu adducta: quod merito S. Chrysostomus adscribit gratiae spiritus sancti & vitae Apostolicae Petri & ceterorum: sic enim ait: Tunc igitur nemo quidquam proprium sibi vendicabat; sua cuique pars conferebatur, & vitam vivebant Angelorum: quid

Hom: 7.
in 1. ad Cor.
rinthios.

quid si in praesentia fieret, uniuersum sanè or-^{281.}
bem, & sine signis conuenteremur, *D*

In nomine Iesu-
Christi Nazareni surge, & ambula: jam incipit
S. Petrus promissa in praedicationis confirmationem sig-
na facere, non quidem propria uirtute nixus, aut re-
rum mundanarum efficacia, sed in solo nomine Dñi.

O! uerè beata paupertas (clamat Chromatinus) quae ^{Ser: 1. de}
cum nihil de mundi facultate habeat, tantum de caelo ^{hac 78}
largitur, non dat quidem argentum, uel aurum, sed
quod plus est uicibus omnibus, reddit corporis sanita- ^{in B: 118.}
tem, & S. Ambrosius ait: Ecce Petrus sub Christi no-
mine quasi unus Christus, ac omnium Dñus factus:
qui natura damna reparabat, quomodo ergo pote-
rat natura damna sentire.

Dixit autem Petrus: Ana-
nia, cur tentauit Satanas cor tuum, ut criminum
objurgator, & interris iudex, simul & vindex de-
lictorum: unde S. Athanasius dixit: Minister uerita- ^{orat: in}
tis Petrus eum à se extrudit, dicens: non es mentitus ho- ^{Pan: Dñi.}
minibus, sed Deo. Quae in parte ingens miraculum
editum est, & quod enim solus noscat Petrus, id mor-
te Ananice omnibus innotuit, Ananice uigilante lice- ^{L. 3. Offic:}
bat, inquit S. Ambrosius, nihil offerre, & hoc sine ^{c. 118.}
fraude

282. fraude fecisset; sed quia fraudem immiscuit, non liberata gratiam reportavit, sed fallaciae penas exolvit.

Ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & valde mirabilis prerogativa S. Petri, ut sui umbra infirmos sanaret; imo

De nobis
Eccles. 1. 18.
c. 1.

teste Bozio, non eum solum quem Petri umbra tangebat, sed & omnes in ea platea existentes: et merito, teste Bedae: Petrus umbra corporis sui invisibiliter allevabat infirmos, qui nunc invisibili suae intercessionis umbraculo fidei infirmos corroborat, ubi, ex S. Ambrosio, obumbrabat infirmitati corporis fides mentis; Hic etiam notat Synanus, quod ponitur differentia Petri ad alios Apostolos in operatione miraculorum, nam alii curabant per factum manuum, Petrus autem etiam per umbram, quod est majus: ad ostendendum quod erat principalis Apostolus.

1. 18. 13.
Hexam:

Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum sit in perditionem; ad Simonem pro gratia spiritali temporale precium offerentem: quod ex inde Simonis crimen dictum est: Quasi Petrus dixisset, ait S. Valerianus: Venura tecum est pecunia

Hom. 24.

nia

283.
nia, non ut pulas ad ornamentum, sed ad testi-
monium falsitatis; Bedæ verò & Glossa sic textum ex-
plicant: Imprecatio, & maledictio est prævidentis divi-
nam de Simone sententiam, & hujus reprobationem, at-
que æternam perditionem; fuit que hoc primum cla-
rius exercitium potestatis excommunicandi in S. Petro,
ejusque Successoribus residentis

Ascendit Petrus ad
superiora, ut oraret; & quidem frequentis inum erat
orandi exercitium, ei qui tot in nomine Dei dicebat,
& faciebat, tanta que pro grege regendo impetrare
ut Pastor debebat! Auctori modo S. Cyrillum Alexand: Lib. 7.
in Levit.
Nec enim, ait, tanti Apostoli consilium ex superfluis
superiora elegit ad orandum, sed quantum ego arbitror
ut ostenderet quid Petrus, qui morphus erat cum Christo,
quæ sursum sunt quærebat, ubi Christus est in dextera
Dei, & non quæ super terram; mox S. Ambrosium: Serm. 10.

Puto Petrum post orationem, non cibum esurire huma-
num, sed salutem; non inedia vexatum corporis, sed in-
cœcia credentium laborare

Loquente Petro verba hæc
cecidit Sphus S. super omnes, qui audiebant verbum
qui fuit abundantissimus Petri prædicationis fructus,
ut

ut super tot ipsius auditores ex eius sermone con-
 tritos, & ad fidem conversos, indeque per baptismū
 in voto iam iustificatos illaderetur Spiritus sanctus:
 quorum, et omnium Petri Magnalium vitam hanc
 dedit rationem Cardinalis Baronius dicens: Sicut
 inter omnes Apostolos Petrus à Christo primatū in
 omnes est auctus, ita etiam præclariora & insigni-
 ora ab eo edidi miracula concessit. S. Maximis: Cla-
 vis cæli, inquit lingua est Petri, quia singulorum
 merita censendo unicuique regnum cælorum aut
 claudit, aut aperit.

Annali: 34.
 n. 274.

S. V. S. Petri Virtutes

Textus: Eri à me, quia homo peccator sum. Luc: 5: 10.
 Tu es Christus filius Dei vivi. Matth: 16: 16.
 Dñe, tu sis quia amo te. Joan: 21: 16.
 In verbis autem tuo laxabo rete. Luc: 5: 8.
 Argentum, & aurum non est mihi. Act: 3: 6.
 Erat Petrus dormiens inter duos milites vinculis. Act: 12: 6.
 Videntes autem Petri constantiam. Act: 4: 13.
 Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Luc: 22: 32.

De S. V. S. Sanctus Petrus, quem S. Iuv. Dionysius, Supremum
Nom: c. 2. vocat Apostolorum fastigium; Athanasius Synai-
ta Summum eorundem verticem, alii que excel-
sis collaudant nominibus: quæ omnia, non modo
 à

à Primatu, & apostolicis laboribus & prodigiis
promeruit, sed jure etiam potiori ab excelsis
quibus ornatus est virtutibus, quibus, utique omni-
bus etsi fuerit sublimi in gradu conspicuus, aliquas
dumtaxat licet hinc & admirationi proponere & imi-
tationi, quibus per sacras litteras specialiter floris-
se reperimus hunc supremum Christi in terris Vica-
rium; Mundi rectorem, gregis formam. Illius ita-
que humilitas maxime resplenduit cum corde sincero
se peccatorem professus est ad genua Jesu; Fides cum
palam Christum Dei filium ex ipsius aeterni Patris
revelatione confessus est; Caritas, & amor erga Do-
minum, etsi tot aliis demonstratis indicis, tunc ne-
videri maxime eluxit, cum ab ipso interrogatus Magistro
ex affectuosa contritione tertio respondit, ipsum met-
sui amoris testem appellans: Spem suam atque in
Deum fiduciam abunde demonstravit, cum proter om-
nem confidentiam naturalem credidit, & confidit se in
Christi nomine abundantem captivum piscium multi-
tudinem, cum immediate ante nil cepisset; Paupertate
ex tunc exercuit evangelicam cum omnia relinquens se-
cuhus est Christum, eamque tunc professus est cum pau-
peri

286. peri cupiens ex charitate succurrere, suam tempora-
lium rerum, inopiam saltem compulsus est; quam tamen
spirituali adeo abundantanter supplevit subsidio; Conformi-
tatem ostendit cum Divina voluntate dum vincit ma-
na sui etiam animi tranquillitate dormiebat; ipsius
fortitudinem, & constantiam videntes demirabantur; at-
que tandem in cunctis virtutibus perseverantiam ipsa.
Dñi apud Patrem interpellatione meruit obtinere

Exi
à me, quia homo peccator sum, dixit Petrus Salva-
tori cuius ex Divina revelatione, cognoscebat Deitatem,
simulque humilis propriam vilitatem: hinc que quan-
ta fuerit eius humilitas, ex eius inde exaltatione deducit
in Matth. citat: Nec enim (inquit Paulus de Palatio) sine humilitate
valet Deus sublimare, memorque sui sit, qui in Dei
consortium adsciscitur; & plane indignus celo est, qui
non memoratur se esse terram; notat quoque sic S.
Thomas Petri humilitatem ad illa verba: Tu scis quia
amote, dicens: Non audeo confiteri suum amorem, ni-
si sub testimonio, & protestatione Dñi, humilians se
Christo; item humilians se Apostolis non dicit: plus
his, sed simpliciter, amo te;

Tu es Christus filius Dei
vivi; Petri verba fide plena, ex qua Joachimus
Abbas